ubi notatur de offic. Archid: ob quam juris reſi-
31 ſtentiam hæc inſtitutio vel nullo modo præſcri-
bitur, vel certè requirit, aut quadragenariā cum
titulo, aut immemorabilem, ex traditis per Bel-
lam. *conſil.* 10. *Factum eſt tale, num.* 5. *cum pluribus
ſeqq.* & aliàs *col.* 3. *circa med. verſ. Secundò requiri-
tur*, & *col.* 17. *in princ. verſ. Circa quintum*, Aym.
*conſ.* 134. *Scripſi aliàs, n.* 14. & ſequitur Rota *di-
verſ part.* 1. *deciſ.* 803 *n.* 3. & 4. & hanc Præpoſi-
tus conſentit fieri debere ab Epiſcopo.

32 Tertia ſpecies media inter corporalem, &
authorizabilem inſtitutionem, eſt quam vocant
collativam, de qua nunc controvertitur, & hæc
quamvis de jure ſpectet ad Epiſcopum tantùm,
cap. *Cùm ex injuncto, in fin. de hæret. lib.* 6. Canones
tamen non reſiſtunt quominus competat ex
conſuetudine Archidiacono. Quinimò huic
conſuetudini aſſiſtunt, ut probatur in cap. *In ple-
bibus*, 63. *diſt.* in cap. *Super eo*, juncta gloſſ. in ver.
*Archidiaconus, de offic. deleg.* cap. *Ad hæc*, cum gloſſa
in ver. *Conſuetudines, de exceſſ. Prælat.* in cap. *fin.*
ubi etiam gloſſa in ver. *Archid.* gloſſ & Doctores
33 in dicto cap. *Cùm veniſſent*. Unde fit ut hæc inſti-
tutio abſque titulo poſſit præſcribi, quia quo-
tieſcunque præſcriptio non habet vehementem
juris reſiſtentiam, non requirit titulum, cap. *Pla-
cuit*, §. *Poteſt*, 16. *q.* 3. cap. *De quarta*, ubi DD cap.
*Si diligenti*, ubi gloſſa in ver. *Inſtitutio*, & Felin.
poſt alios *num.* 6. *verſ. Eſt verum, de præſcript.* Dec.
*conſil.* 134. *Viſo puncto, ſub num.* 41. *verſ. Et ad hoc fa-
cit*, dicens deciſionem cap. 1. *de præſcript. lib.* 6.
procedere ubi fortiter jus commune reſiſtit
præſcribenti. Covarr. *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 17.
*num.* 7. & decidit Rota in *dicta cauſa Placentina*
34 coram Penia. Ratio eſt, quia titulus non requi-
ritur in præſcriptione, niſi ad excludendam ma-
læ fidei poſſeſſionem; & mala fides non præſu-
mitur in eo, qui poſſidet jure non improbante,
aut reſiſtente, Innoc. & Bald. in cap. *Per tuas, de
teſtibus.*

35 Alterum caput quod juſtificat hanc præſcri-
ptionem, eſt quia Præpoſitus inſtituit anno
1481. uſque ad annum 1601. atque nititur cen-
tenaria poſſeſſione, quæ titulum non requirit,
Afflict. *deciſ.* 324. *num.* 6 & cenſuit Rota apud
Seraph. *deciſ.* 707. *n.* 2. & Gabriel *commun. concl.
de præſcript. concl.* 1. *n.* 71. & 73. ubi aliis pluri-
bus relatis dicit hanc opinionem communiter
36 approbari: quoad hoc enim immemorabilis, &
centenaria poſſeſſio æquiparantur: Gemin. in
d. cap. 1. *col.* 4. *verſ. Sed quærit Lap.* & ibi etiam
Anchar. *col. fin. verſ. Quærit etiam, circa hoc, de præ-
ſcript. lib.* 6. Gabriel, & Seraph. *locis citatis.*

Neque his obſtat laudum anno 1565. latum
ab Ormanetto inter Epiſcopum Cremonæ, &
Præpoſitum Buxeti, quo decernuntur irrita a-
cta omnia utrinque producta: nam uti jam re-
ſpondit S. Congregatio in alia propoſitione hu-
jus cauſæ dictum laudum, quod pertinet ad inſti-
tutionem, effectum non habuit, quia utraque
pars perrexit inſtituere, ut prius conſueverat.
Ac præterea non ſuſtulit jus Præpoſito acquiſi-
tum per præſcriptionem annorum octuaginta.
37 Nam nec mala fides ſuperveniens interrumpit
præſcriptionem jam abſolutam, gloſſ. commu-
niter approbata in cap. *Vigilanti*, in ver. *Noverit,
de præſcript.* & ſcripſi plenius in cap. *Si quis, n.* 50.
*de regular.* Atque ex his videtur reſpondendum
Præpoſiti præſcriptionem non requirere titu-
lum.

38 Sed quatenus titulus eſſet neceſſarius, quod
pertinet ad ſecundam partem dubii, de eo ta-
men videtur conſtare ſufficienter: nam cùm
Præpoſiti inſtituerint ſpatio longiſſimi tempo-
ris ſcientibus, & patientibus Epiſcopis Cremo-
nenſibus, ex quorum conceſſione acquiri pote-
rat jus inſtituendi per ea, quæ notantur per
Lambert. *de jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *q.* 9. *n.* 69. & *lib.*
2. *part.* 3. *q.* 1. *art.* 10. Sola hæc patientia præbuit
eis juſtam cauſam, ac titulum ſufficientem ad
præſcribendum, ut hìc tradit gloſſa in ver. *Brevi-
tatem temporis*, Butr. *col. penult. verſ. Ubi ergo pati-
entia*, Cardin. *in* 1. *oppoſit.* Imola *num.* 25 *verſ. Se-
cundo modo*, Archid. in cap. *Quia cognovimus*, 10.
*quæſt.* 3. Gemin. in dicto cap. 1. *in fin. de præſcript.
lib.* 6. Felin. in dicto cap. 1. *Si diligenti, n.* 6. *verſ. Se-
cunda reſtrictio*, & in terminis inſtitutioni præ-
ſuppoſita epiſcopi ſcientia admittit, ac verum
cenſet Ægid. d. *conſ.* 10. *col.* 10. *verſ. De quarta au-
tem quæſtione*, & *col.* 13. *verſ. Quoad ſecundam diffi-
cultatem.*

Scientia autem, & patientia Epiſcoporum
ſatis juſtificatur non ſolùm ex annuis viſitatio-
nibus, ex actibus multiplicatis, ac temporis diu-
turnitate, verùm etiam ex actibus poſitivis, ut
fuit ſatis dictum in alia poſitione hujus cauſæ.
Qui quidem actus poſitivi in materia hujus præ-
ſcriptionis magis, & enixius operantur, quam
ſola taciturnitas, cap. *Ex ore, de his quæ fi. à maior.
par. Cap.* & tradit Abb. *hìc n.* 5. Ac præterea cùm
Præpoſitus ex privilegio Eugenii IV. habeat jus
deſtituendi cum jurisdictione, hinc potuit pro-
babiliter putare fuiſſe ſibi conceſſum jus inſtitu-
endi, quod eſt minus. Ita enim infert in puncto
Abb. in cap. *Si quis contra Clericum, n.* 53. & in
cap. *Cùm contingat, n.* 32. *in fin.* ubi etiam Anton.
de Butr. *col.* 5. *n.* 12. *verſ. Niſi fortè, de foro compet.*
Lambert. *de jurepatr.* 14. *art.* 1. *quæſtionis principa-
lis* 3. *par.* 2. *libr.* Et quamvis illatio hujusmodi
fortè non ſit juridica, præbuit tamen Præpoſitus
bonam fidem, ac juſtam cauſam præſcribendi;
39 quia error juris dubii dat titulum ſufficientem
ad præſcribendum, & æquipollet errori facti,
Curt. Sen. *conſ.* 71. *Princeps defunctus, n.* 14. Alex.
*conſ.* 214. *Ponderatis, col.* 2. *lib.* 6. Joan. de Imola,
*conſ.* 98. *in quæſtione, n.* 15. Quinimò Felin. in cap.
*De quarta, n.* 27. *de præſcript.* ubi docet titulum er-
roneum juris dubii ignoranti ſufficere ad præ-
ſcriptionem, *num.* 28. exemplificat in eo, qui ha-
buit à perito malum conſilium, & citat Angel.
in l. *Si lege*, §. *Scire, ff. de petit. hæredit.*

40 Præbuerunt etiam Præpoſitis juſtum titulum
antiquiſſimæ enunciativæ, quia probant famam,
quæ eſt loco tituli, Caputaq. *deciſ.* 356. Incip. *Ti-
tulum ad præſcribendum jus inſtituendi*, Rota *deciſ.*
91. *n.* 2. *part.* 1. & *deciſ.* 290 *n.* 11. *par.* 5. *recent.* &
fuit deciſum in cauſa *Tiraſonen. juris præſentandi*,
16. *Octobris* 1592. coram Blanchetto, & in *Eugu-
bina S. Petri de Vigneto* 21. *Maii* 1590. coram Bu-
balo.





# DE RESTITUTIONE Spoliatorum.

## *Cap. Conquerente.*

### *SUMMARIUM.*

1 *Spoliatus etiam à judice juris ordine præter-
miſſo ante omnia reſtituitur.*
2 *Clericus ut beneficio ſuo privari poſſit, tria
requiruntur.*

CONQUERENTE. Spoliatus etiam
à judice juris ordine prætermiſſo ante o-
mnia reſtituitur. Hoc dicit ſecundùm
Joan. Andr. & omnes.

2 Nota ex textu tria requiſita ſecundùm Abba-
tem *num.* 2. ad hoc ut clericus beneficio ſuo li-
citè privari poſſit. Primò enim requiritur cau-
ſa rationabilis. Secundò ut cauſa hujusmodi ſit
manifeſta. Et hæc duo requiſita habentur in
textu ibi; *Non decet honeſtatem ſuam Clericos ſuæ
jurisdictionis ſine manifeſta cauſa, & rationabili ſuis
beneficiis ſpoliare.* Et expone ver. *Manifeſta*, id eſt
notoria, ut cap. *Nos in quemquam*, 2. *quæſt.* 1. &
*ver. Rationabili expone*, id eſt gravi: nam pro levi
cauſa non debet quis privari beneficio ſuo, cap.
*Inventum*, 15. *quæſt.* 7. Tertiò requiritur, ut pri-
vatio fiat in judicio, ſeu juris ordine ſervato: &
hoc vult textus ibi: *Sine judicio ſpoliaſti.* Nam
ut inquit Hoſtienſis in cap. *Licet Heli, num.* 5. *in-
frà de ſimonia.* Hìc nullus ordo fuit ſervatus, ſed
epiſcopus non citatum, non confeſſum, non
convictum, nec aliqua præmiſſa inquiſitione i-
ſtum clericum voluntate capitanea beneficio
ſpoliavit; Et ideo quia ex hoc meritò reddidit
ſe ſuſpectum, datur ei judex. Et idem dicunt ibi
Joan. Andr. *n.* 7. *poſt med verſ. Nec obſtat*, Butr. *n.*
13. *in fin.* Anchar. *n.* 7. *verſ. Non obſtat*, & reliqui
omnes. An autem hæc vendicent ſibi locum in
Papa, ita ut ſine juſta cauſa, & juris ordine non
ſervato poſſit clericum ſuo beneficio, vel offi-
cio privare, ſcripſi latiſſimè in cap. *Conſultatio-
nibus, à n.* 24. *uſq. ad n.* 83, *infrà de Clericis ægrotant.*

# DE RESTITUTIONE Spoliatorum.

## *Cap. Gravis.*

### *SUMMARIUM.*

1 *Violentus rem cum fructibus etiam qui per-
cipi potuiſſent reſtituere, damna reſar-
cire, & de injuriis ſatisfacere compelli-
tur, & n.* 7 *cum quatuor ſeqq.*
2 *Fructus intelliguntur deductis impenſis, quæ quæ-
rendorum, colligendorum conſervandorumque
eorum gratia fiunt.*
3 *Impenſas pro quærendis, colligendis, & conſervan-
dis fructibus deducit etiam prædo.*
4 *Et nullus caſus intervenire poteſt, qui hoc genus de-
ductionis impediat ſi impenſæ ſint neceſſariæ. &
n.* 5.
*Fallit tamen in Decimis prædialibus. n,* 6.
5 *Reditus, proventus, & obventiones lucrum ſignifi-
cant.*
6 *Decimæ prædiales ſolvi debent ſine ulla deductio-
ne ſeminis, & aliorum ſumptuum, qui fiunt in
agricultura.*
7 *Interdictum recuperandæ ad quos ſe extendat.*
8 *Spoliato facienda eſt integerrima reſtitutio et-
iam quoad locum, in quo res poſita erat.*
9 *Item reſarcienda ſunt damna illata in ſpoliatione.*
10 *Item de illatis injuriis competenter ſatisfaciendum.*
11 *Item reſtituendi ſunt fructus etiam qui percipi po-
tuiſſent.*
12 *Spoliato non ſatisfit de injuriis, niſi de iis ſpeciali-
ter agatur: ſed reſtitutio fructuum, & reſartio
damnorum veniunt etiamſi non fuerint petita.*
13 *In fructibus perceptis ante motam litem regulari-
ter non fit condemnatio, niſi expreſſè petantur
in libello. & n.* 15.
14 *Fallit quando agitur de vi expulſiva, aut compul-
ſiva, vel petitione hæreditatis.*
16 *Fructus quando acceſſorii petuntur in libello, ſi in
eis non fiat condemnatio, non poteſt de eis am-
plius agi, nec ſuper omiſſo ſententia ferri.*
17 *Secùs ſi petantur principaliter, & jure actionis.*
18 *Fructus alii ſunt naturales, alii induſtriales, alii ci-
viles.*
19 *Fructus naturales qui ſint.*
20 *Fructus induſtriales qui.*
21 *Fructus an judicari debeant naturales, vel indu-
ſtriales, relinquitur arbitrio judicis.*
22 *Et quomodo hujusmodi arbitrium ſit regulandum.*
23 *Oliva, & oleum ſunt fructus induſtriales.*
24 *Fructus omnes, qui ſeminantur, induſtriales ſunt.*
25 *Fœnum, & palea fructus induſtriales dicuntur.*
26 *Item lana, & lac.*
27 *Item aucupia, venationes, & piſcationes.*
28 *Item lapidicinæ, & cretoſodinæ.*
29 *Item cervifia.*
30 *Paſcua ſunt fructus naturales, niſi falce ſecentur.*
31 *Fructus civiles qui dicantur. & n. ſeqq*
32 *Penſiones domorum, uſuræ, vecturæ navium, mer-
cedes jumentorum, & operæ ſervorum dicun-
tur fructus civiles. & n. ſeq.*
34 *Penſiones domorum quo ſenſu ab aliquibus vocen-
tur fructus induſtriales.*
35 *Fructus civiles magis accedunt naturalibus, quàm
induſtrialibus.*
36 *Penſiones Eccleſiaſticæ abſq; dubio inter fructus ci-
viles computantur.*
37 *Poſſeſſor malæ fidei dicitur verè, & juris præſum-
ptione.*
38 *Poſſeſſor malæ fidei verè dicitur qui poſſidet rem,
quam pro certo ſcit eſſe alienam. & n.* 108.
39 *Item is, qui pro certo ſcit rem non eſſe ſuam.*
40 *Poſſeſſor malæ fidei juris præſumptione dicitur ille,
cum quo ſupra re, ſeu dominio rei lis fuit conte-
ſtata. & n.* 108. *& latius n.* 110. *&* 111.
41 *Poſſeſſor malæ fidei an quis efficiatur per ſolam de-
nunciationem.*
42 *Poſſeſſor bonæ fidei dicitur qui ignorat ſe alienum
poſſidere, & cogitatione dominii poſſidet.*
43 *Item qui credit tradentem eſſe dominum.*
44 *Poſſeſſorum bonæ, vel malæ fidei multiplex diviſio.*
45 *Poſſeſſor bonæ fidei ſemper ſine titulo facit fructus
indu-*

*induſtriales ſuos, & naturales in quantum eos conſumpſit: ſed naturales extantes nunquam facit ſuos.*

46 *Si verò habuit titulum fructus omnes facit ſuos etiam naturales non conſumptos.*

47 *Conſumptio in fructibus naturalibus idem operatur, quod induſtria, & cultura in induſtrialibus. & n.62.*

48 *Mutuum per conſumptionem reconciliatur, etiamſi quis cauſam habeat à fure, & prædone.*

49 *Poſſeſſor bonæ fidei etiam ſine titulo ſuos facit fructus civiles, quos diligentia ſua percepit, & ei ſolvens liberatur. & n.63.*

50 *Si verò ex diligentia alterius, facit quidem ſuos, ſed ei ſolvens non liberatur, niſi habuerit juſtam cauſam ſolvendi. & n,63.*

51 *Poſſeſſor bonæ fidei tenetur reſtituere fructus, quos non fecit ſuos, ſi extant, eo modo, quo tenetur rem ipſam reſtituere, & ſic rei vendicatione.*

52 *Si verò ſunt conſumpti, & ex eis factus eſt locupletior, tenetur illos reſtituere conditione ſine cauſa, vel condictione generali. & n.ſeq.*

53 *Rei vendicatio non datur contra dominum ſed ipſi domino. & n.56.*

54 *Poſſeſſor bonæ fidei an in dubio ex fructibus naturalibus conſumptis præſumatur factus locupletior.*

55 *Poſſeſſor bonæ fidei in quibus caſibus facit fructus ſuos, nihilominus ſi extant, tenetur illos reſtituere officio judicis. & n.56.*

56 *Officio judicis ex æquitate ſuccurritur vbi actio deeſt.*

57 *Poſſeſſor bonæ fidei poſt conſumptionem fructuum, quos ſuos fecerat, etiam induſtriales, & civiles, ſeu illorum æſtimationem reſtituere tenetur condictione ſine cauſa, quatenus ex illis factus eſt locupletior. & n. ſeq. ſed vide num. 60.*

58 *Condictio ſine cauſa datur ex æquitate contra eum, qui factus eſt locupletior non modò ex re mea, ſed etiam ex re mihi debita.*

59 *Locupletior factus quando quis dicatur.*

61 *Poſſeſſor malæ fidei etiam non violentus ſive habeat titulum ſive non, fructus etiam induſtriales non facit ſuos.*

62 *Fallit ſi ſint conſumpti.*

63 *Et quid in fructibus civilibus.*

64 *Poſſeſſor malæ fidei ſine titulo tenetur de fructibus perceptis, & qui percipi potuiſſent.*

65 *Et percepti ſi extant, peti poſſunt rei vendicatione: ſi ſunt conſumpti, condictione ſine cauſa, vel injuſta, aut rei vendicatione vtili. & n.ſeq.*
*Item condictione furtiva. num. 67.*

66 *Rei vendicatio vtilis datur adverſus eum, qui dolo deſiit poſſidere.*

67 *Poſſeſſor malæ fidei ſine titulo fructus conſumendo dicitur furtum committere, non autem percipiendo. & n.69. 88. & 133.*

68 *Contra furem omnis actio degenerat.*

70 *Poſſeſſor malæ fidei ſine titulo de fructibus percipiendis convenitur officio judicis.*

71 *Poſſeſſor malæ fidei cum titulo tenetur de fructibus perceptis, non autem de percipiendis.*

72 *Fallit in quatuor caſibus, in quibus etiam de percipiendis tenetur.*

73 *Item fallit in eo, qui ſtudioſè patitur fructus maturos corrumpi.*

74 *Item in eo, qui mala fide poſſidet rem minoris.*

75 *Item fallit generaliter cùm titulus eſt à jure reprobatus.*

*Titulus reprobatus à jure habetur pro non titulo. ibid.*

76 *Diſtributiones quotidianas perceptas, & quas percipere potuiſſet, an malæ fidei poſſeſſor reſtituere teneatur. & n.ſeqq. uſq; ad n.97.*

77 *Diſtributiones quotidianæ non computantur inter fructus, nec fructus dicuntur. & num. ſeqq. & n.83.*
*Contrarium. n.83.*
*Declaratur. n,84.*

78 *Diſtributiones quotidianæ nihil commune habent cum corpore beneficij, ſed dantur in recompenſam ſervitii.*

79 *Quandoq; manualia, quandoque victualia appellantur.*

80 *Dantur pro opere divino, & tanquam merces laboris.*
*Declaratur n.87. & 89. & 91.*

81 *Salarium debetur etiam exercenti miniſterium alteri demandatum, ſi in tali miniſterio non ſit electa induſtria perſonæ, ſed tantùm effectus operæ. n.3[illegible].*

82 *Diſtributiones quotidianæ pleniùs acquiruntur, quàm fructus Præbendæ, & ideo Clericus de eis teſtari poteſt.*

83 *Diſtributiones quotidianas, quas malæ fidei poſſeſſor percipit Divinis intereſſendo, tenetur reſtituere, etiamſi ex parte impediti nulla præceſſerit proteſtatio. & n.95.*
*Et quid in percipiendis. n,99.*

84 *Diſtributiones quotidianæ non computantur in valore fructuum.*

85 *Sed tamen ſub fructibus comprehenduntur.*

86 *Condemnatio in beneficialibus ex ſtylo Rotæ non fit niſi cum fructibus perceptis, & ſub fructibus ſemper comprehenduntur diſtributiones quotidianæ.*

87 *Diſtributiones quotidianæ perceptæ ſine titulo, vel cum titulo reprobato, & ſine juris fomento reſtituendæ ſunt.*

88 *Et eas percipiens cum titulo reprobato committit furtum, vel rapinam.*

89 *Non debentur in ſervientibus niſi ſint canonicè inſtituti.*

90 *Dæmonium non ſufficit ejicere per pœnitentiam in oratione, & jejunio, niſi reſtituantur fructus injuſtè percepti.*

91 *Servitium, & labor non attenditur à jure niſi in habentibus legitimum ingreſſum in caſibus, locis, & temporibus permiſſis.*

92 *Mercedem prætendere non poteſt gerens negocia mea me invito, nec expenſas repetit, licèt geſſerit.*

94 *Diſtributiones quotidianas, quas malæ fidei poſſeſſor Divinis intereſſendo percipere potuiſſet, non tenetur reſtituere, niſi præceſſerit proteſtatio ſpoliati. & n. ſeq.*

96 *Fallit in caſibus, remiſſivè.*

97 *Poſſeſſor, qui ab initio fuit bonæ fidei, & poſteà effectus eſt malæ fidei, an faciat fructus ſuos. & num. ſeqq.*
*Quid ſi mala fides ſuperveniat cum mutatione perſonarum. num. 98.*
*Et quid ſi in eadem perſona. n. 100.*

98 *Hæres habens malam fidem, cùm defunctus haberet bonam, fructus ſuos non facit.*

99 *Mala fides ſuperveniens cum perſonarum mutatione impedit fructuum acquiſitionem.*

*Mala*



100 *Mala fides tam præſumpta, quàm vera ſuperveniens ſine perſonarum mutatione non impedit acquiſitionem fructuum. & n.ſeq.*
*Et quid operetur hujuſmodi acquiſitio. n.113.*
*Contrarium. n.106.*

101 *Quoad fructuum acquiſitionem ſolum initium ſpectandum eſt.*
*Contrarium. n. 106.*

102 *Intellectus l.* Qui ſcit, §. Bonæ fidei, ff. de uſur. *& n. 127.*

103 *Intellectus l.* Bonæ fidei, ff. de acquiren. rerum dominio. *& n.109.*

104 *Mala fides ſuperveniens de jure Canonico an impediat fructuum acquiſitionem.*

105 *Argumentum ab acquiſitione ad vſucapionem non valet, & multi poſſunt acquirere, qui non poſſunt vſucapere. & n.134*

106 *Fructuum quoad acquiſitionem ſpectanda ſunt ſingula temporis momenta bonæ, vel malæ fidei.*

107 *Intellectus l.* Qui bona fide, ff. de acquir. rerum domin.

108 *Mala fides præſumpta oritur poſt litis conteſtationem, mala fides verò poſt rem judicatam, ſeu fundum evictum.*

110 *Poſſeſſor bonæ fidei tenetur reſtituere fructus etiam induſtriales, & conſumptos à die motæ litis. & n.ſeqq.*

111 *Poſſeſſores bonæ fidei poſt litem motam incipiunt malæ fidei poſſeſſores eſſe, & quaſi prædones tenentur.*

112 *Et hæc eſt præſumptio juris, & de jure adeò, ut quantumvis juſtam cauſam litigandi habuerint, à fructuum reſtitutione non excuſentur.*

114 *Et tenentur reſtituere non tantùm perceptos, ſed etiam qui percipi potuerunt à die motæ litis.*

115 *Quod procedit ſi titulum non habeant.*

116 *Niſi occupaverint rem lite pendente.*

117 *Diſtributiones quotidianas non tantùm perceptas, ſed etiam quas percipere potuiſſet, bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere à die controverſiæ motæ.*

118 *Sed quoad eas, quæ percipi potuiſſent, neceſſaria eſt proteſtatio.*

119 *Poſſeſſor bonæ fidei ante litem motam non ſolet condemnari à Rota ad reſtitutionẽ fructuum. Niſi adhuc extent, vel ex conſumptis factus ſit locupletior. n. 122.*

120 *Neq; ad hoc requiritur bona fides poſitivè, ſed ſufficit abeſſe malam fidem.*

121 *Poſſeſſor, qui ante litem motam fuit in mala fide, condemnatur ad reſtitutionem fructuum à die occupationis, ſeu intruſionis.*

122 *Poſſeſſor bonæ fidei an teneatur reſtituere fructus extantes, vel conſumptos, ex quibus factus eſt locupletior, aut eorum æſtimationem etiam ante motam litem.*

123 *Fructus, qui petuntur non acceſſoriè, ſed principaliter tanquam ſors, & capitale, reſtituendi ſunt à bonæ fidei poſſeſſore etiam ante motam litem. & n. 127.*

124 *Manutentio ex ſtylo Rotæ datur pro terminis penſionum decurſis etiam ante motam litem, quando ad illos principaliter agitur.*

125 *Legata annua debentur decurſa non modò ante motam litem, ſed etiam ante apertas tabulas, & ſtatim à die obitus teſtatoris.*
*Etiamſi legata fuerint legatario ignota.*

227 *Alimenta, & annuæ præſtationes, quæ ſortem principalem conſtituunt, debentur etiam decurſa ante petitionem, & interpellationem.*



128 *Poſſeſſor, qui ab initio fuit malæ fidei, & poſteà effectus eſt bonæ fidei, an faciat fructus ſuos. & n.ſeq. vſq; ad n.142.*

129 *Quid ſi bona fides ſupervenerit cum perſonarum mutatione.*
*Et quid ſi ſuperveniat ſine mutatione perſonarum. n.140.*

130 *Bona fides hæredis, qui ſucceſſit defuncto malam fidem habenti, non prodeſt quoad fructuum acquiſitionem.*

131 *Hæres ſuccedit etiam in vitium, & malam fidem defuncti. & n. ſeq.*

132 *Hæres poſt litem conteſtatam tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis.*

133 *Fructus percipiens cum mala fide dicitur furtum committere, & illos vſucapere non poteſt.*

134 *Vſucapere qui non poteſt, longè minus poteſt acquirere.*

135 *Succeſſor ſingularis non ſuccedit in vitium ejus, à quo cauſam habet, & bona fides ſuperveniens prodeſt ei quoad fructuum acquiſitionem.*

136 *Prælatus non dicitur ſucceſſor univerſalis ſui prædeceſſoris, nec ejus perſonam repræſentat.*

137 *Et mala fides prædeceſſoris non impedit, quin ſucceſſor habens bonam fidem faciat fructus ſuos.*

138 *Prælatus quamvis ſuccedat in univerſum jus Prælaturæ, non tamen ſuccedit in jus prædeceſſoris, nec ab eo cauſam habet; ſed à ſuperiore ipſum inſtituente.*

139 *Prælatus ſucceſſor poteſt bona fide præſcribere, licèt prædeceſſor habuerit malam fidem.*

140 *Bona fides ſuperveniens in eadem perſona cum legitima cauſa putandi ſe bonæ fidei poſſeſſorem prodeſt quoad acquiſitionem fructuum; ſecùs ſi ſuperveniat abſq; legitima cauſa. & n. 141.*

141 *Poſſeſſor malæ fidei ab initio, qui poſteà ex ſola cogitatione putat ſe habere bonam fidem, non facit fructus ſuos.*

142 *Poſſidendi cauſam nemo poteſt ſibi mutare ſine juſta, & legitima cauſa ſuperveniente.*

1 GRAVIS. Violentus rem cum fructibus
etiam qui percipi potuiſſent, reſtituere,
damna reſarcire, & de injuriis ſatisfacere
compellitur, Hoc dicit. Jo: Andr: Bald: Bellam:
Butr. Anchar: Imol: Abb: Joan: de Anan: &
Bero. Prima pars deciſè ponit querelam, ſuper
qua ſecunda dat judicem ibi, *mandamus*, cui quatuor
tantùm mandat quæ per ſe patent. Jo: And.
2 Nota primò ibi, *Poſſeſſores veteres percepiſſent*.
Fructus intelligi qui ſuperſunt deductis expenſis,
quæ quærendorum, cogendorum, conſer-
3 vandorumque eorum gratia fiunt: quod locum
habet etiam in malæ fidei poſſeſſoribus, & ſi
prædones ſint, l. *Si à Patre*, §. *Fructus*, & l. *Plane*,
4 *in fin. ff. de petit. hæredit.* & l. 1. C. *de fruct.*
*& lit. expenſ.* Imò nullus caſus intervenire poteſt,
qui hoc genus deductionis impediat, dicit
text. in l. *Fundus qui dotis, in fine primi reſponſi, ff.*
*famil. Erciſcund.* l. *Fructus*, juncta gloſſa in ver.
*Impenſa, ff. ſolut. matrim.* & hic notant gloſſ. 3.
*in princ.* Hoſtien. *n.2. in ver. Percepiſſent*, Jo: Andr.
5 *num.6.* & Joan. de Anan. *num.7.* Nam reditus,
proventus, & obventiones lucrum ſignificant,



& ideo

& ideo dicuntur deductis expenſis, l. *Fundi Tre-*
*batiam, ff. de vſufr. legat.* Bald: *hic num.* 1. *verſ. Et*
*ideo nota,* ſcilicet neceſſariis, ut l. *Fructus, ff. de o-*
*peris ſervor.* l. *Quod in fructus, ff. de vſur.* l. *Qui mu-*
*tuam, §. finali. ff. Mandati,* gloſſa. Hoſtienſ: & Joan:
Andr: *loco citato.* Et idem Bald: in l. *Si quis ſciens,*
*num:* 11. *verſ. Quæro hic quidam poſſidet, C. De rei*
*vendicat.* Paul. de Caſtr. in l. *Certum, num:* 1.
*C. eodem.* Covarr: *in Reg: Peccatum,* 2. *par.* §. 6.
*n.* 4.

6 Hoc tamen fallit in decimis prædialibus, quæ
ſolvi debent ex integris fructibus ſine ulla dedu-
ctione ſeminis, & aliorum ſumptuum, qui fiunt
in agricultura, ut cap. *Tua nobis, infrà, de decimis,*
dicta gloſſa 3. *hic.* Et ſpeciale in decimis eſt ſe-
cundùm Bald: *hic num:* 1. *in fin.* Secùs enim in
aliis caſibus, ut l. *Si neceſſarias, §. final. ff. de pignor:*
*action.*

7 Secundò nota ex text: *Latitudinem interdicti*
*recuperandæ,* quia in eo venit primò integerrima
8 rei invaſæ reſtitutio, ut patet ibi, *Cum omni inte-*
*gritate,* adeò ut reſtitutio facienda ſit etiam quo-
ad locum, ut notat Archid: in cap. *Minor, num.* 2.
17. *quæſt:* 4. id eſt ut reponatur in loco, in quo
erat tempore ſpoliationis: ad quod allegatur
textus in cap. *Reintegranda* 3. *quæſt:* 1. Reinte-
granda ſunt omnia expoliatis, & in eo loco un-
de abſceſſerunt, funditùs revocanda: ubi gloſſa
in ver. *In eo loco:* dicit etiam ultra mare: & o-
mnia ſunt revocanda ſumptibus ſpoliatoris.
9 Secundò in ea venit plenaria reſartio damno-
rum illatorum in ſpoliatione, ut ibi, *damna ple-*
10 *nariè reſarcire.* Tertiò venit competens ſatisfa-
ctio injuriarum ut ibi, *& de illatis injuriis compe-*
11 *tenter ſatisfacere.* Quartò venit reſtitutio fru-
ctuum non modò perceptorum à violento poſ-
ſeſſore, ſed etiam eorum, qui ab antiquo poſſeſ-
ſore percipi potuiſſent, ut in verſ. *Proviſuri.* Et
hic notant Butr: *num:* 2. Imola *n.* 1. *&* 2. Abbas
*in* 1. *notab.* Bero. *n.* 1. *& ſeqq.* Joann: Andr: & o-
mnes *in ſummaria text.*

12 Adverte tamen, quia ſatisfactio pro illatis
injuriis non venit, niſi de ea ſpecialiter agatur.
Sed reliqua, id eſt reſtitutio rei, reſartio damno-
rum, & reſtitutio fructuum, veniunt etiamſi
petita non fuerint, cap. *Querelam, de elect.* junct:
*princip. cum fin.* Et hic ſentit gloſ. 2. & apertè
tradit Innoc: *num.* 2 *in ver. Compellatis,* & Abbas
13 *eodem num. verſ. Et licèt omnia prædicta,* & in fru-
ctibus perceptis ante motam litem, quamvis re-
gulariter non poſſit fieri condemnatio, niſi ex-
preſsè petantur in libello, ut l. *Item ſciendum, ff.*
14 *de Edilit. Edict.* l. *Partium, ff. de Vſuris:* tamen
hoc fallit quando agitur de vi expulſiva, ut in-
terdicto *Unde vi,* vel Conſtitutione. *Si quis in*
*tantam,* & idem ſi agatur de vi compulſiva. *Vt*
*quod metus cauſa;* tunc enim venit omnis cauſa,
etiamſi non petatur, l. 3. §. *Rectiſſime,* & l. *Idem*
*eſt, § vltimo.* & l. *Si plures, ff. de vi. & vi armat.* l. *Si*
*quis in tantam, C. Vnde vi,* l. *Sed & partus ff. Qui*
*met. cauſ.* & cap. 1. *ſupra eodem tit.* Rurſus i-
dem eſt ſi agatur petitione hæreditatis, in qua
ſimiliter omnia veniunt ratione univerſitatis, l.
*Item vivendum eſt, § fin.* & l. *Non tantùm,* & l. *Item*
*veniunt, §. Fructus, & per tot. ff. de petit. hæredit.* &
hic tenent Innoc. *num.* 1. *verſ Sed licèt.* Hoſtien:
*in princip. in ver. Et damna, verſ. Et hoc verum eſt,*
Joann: Andr. *num.* 2. *eodem verſ.* Bald: *num.* 11.
Bellam. *n.* 1. *&* 2. & Bero. *n.* 50. *in fin. ver. Tertia*
*ſit concluſio,* & *n.* 51.

15 In aliis verò caſibus ſecundùm Innoc: *d. n.* 1.
*verſ. & not.* Si in libello non petantur ea, quæ
veniunt acceſſoriè, ut fructus, damna, & intereſ-
ſe; vel etiam ſi petantur, ſed nihilominus ſen-
16 tentia feratur ſuper principali non habita men-
tione acceſſoriorum, de cætero de eis agi non
poteſt, nec poteſt ferri ſententia ſuper omiſſo,
l. 4. *C. de poſſeſſ.* l. *Eos in bona, C. de Vſur.* l. *Qui*
*per colluſionem, §. fin. ff. de action. empt.* l. *Centum, ff.*
17 *de eo quod cert. loc.* Sin autem plura petantur
non quaſi acceſſoria, ſed quaſi principalia, &
jure actionis; tunc ſecùs eſt, ut in præallegat.
l. *Centum,* & cum Innocentio concordant Hoſt:
*num.* 1. *verſ. Dicitur,* Joann: Andr: *num.* 3. Butr:
*num.* 14. Bellam: *num.* 3. *verſ. Pone ergo,* & alii
communiter.

18 In gloſſa tertia inquirendum eſt, An, & quos
fructus teneatur reſtituere poſſeſſor, qui convin-
citur injuſtè poſſidere. Ad evidentiam præmit-
tendum eſt primò fructus eſſe in triplici diffe-
rentia: alii enim ſunt naturales; alii indu-
ſtriales; alii civiles, ut diſtinguunt Bartol: in l.
*Et ex diverſo, n.* 1. *ff. de rei vendicat.* & communiter
Doctores. Licèt gloſſa ponat tantùm duas ſpe-
19 cies. Naturales ſunt, quos natura ſponte ſua ſi-
ne ulla, vel modica hominis induſtria producit,
ut poma, ficus, & ſimilia, l. *Fructus percipiendo, ff.*
*de vſur:* l. *Bonæ fidei, ff. de acquiren. rerum domin.*
gloſſa, & omnes *hic,* Menoch: plures cumulans,
*de Arbitr. caſ.* 210, *num.* 2. Et ſecundùm Bald:
*hic num.* 9. *verſ. Sunt autem,* fructus naturales ſunt,
in quibus percipiendis non requiritur cura, &
cultura ſolemnis, licèt in aliquibus requiratur
aliqua modica, & perfunctoria cura, & modica
expenſa, de qua non eſt curandum. Item ſe-
cundùm eum, *num:* 10. Fructus naturales ſunt,
quando apparatus naturæ præcedit apparatum
hominis, ut fructus arborum; nam poma in Di-
vina Scriptura dicuntur, *Fructus, qui ſponte na-*
*ſcuntur.* Geneſ. *cap.* 1. id eſt ſine vi, & ſciſſura
aratri, & abſque arte, & agricultura, quia to-
tum, vel quaſi totum ſola natura perficit; ideò
20 dicuntur fructus naturales à prædominio. Indu-
ſtriales ſunt, in quibus plurimùm verſatur ho-
minum induſtria, d. l. *Fructus, ff. de vſur:* ut fru-
mentum, vinum, & hujuſmodi, quæ per ſolã in-
duſtriam accommodantur uſibus hominum, l. *Si*
*fundi, ff. de rei vendic.* & generaliter inquit Cyn.
in l. *Certum, num:* 1. *C. eod.* Cùm circa omnes fru-
ctus colligendos operetur natura, & induſtria
hominis; in ſegetibus, & vineis major verſatur
induſtria, quàm in primis, & ideo nos vocamus
ſegetes fructus induſtriales, & uvas, quia in his
exigitur multa induſtria, ut colere terram, ſemi-
nare, ſarculare, mundare, potare, ligare, herbam
ſuccidere, & hujuſmodi, quæ ſunt artis, facere.
Poma verò, & pira, & his ſimilia vocamus fru-
ctus naturales, ibi enim non oportet niſi vermes
removere, & fructus colligere. De his autem
fructibus, quinam propriè dicantur naturales,
vel induſtriales, non poteſt dari certa doctri-
21 na: Sed hoc relinquitur arbitrio judicis,
ut communiter dicunt Legiſtæ in l. *Certum,*
ubi in ſpecie Cynus *num.* 2. *ver. Poſſet tamen de a-*
*liquibus, C. de rei vendicat.* & in l. *Et ex diverſo,* ubi
Bart: *num:* 2, *ff. eod.* Abb: *hic num.* 3. *verſ. Et*
*de*



*de illis fructibus,* & Bero. *num.* 9. *verſ. Nonnulli,* So-
cin: Sen. *conſil.* 251. *Quoniam in præſenti, num.* 24,
*verſ. Supereſt poſtremò, lib.* 2. Covarr. *lib.* 1. *variar.*
*reſolut. cap.* 3. *num.* 16. Menoch: *de Arbitrar. d. caſ.*
22 210, *num.* 20. Quod quidem arbitrium præce-
dens judex ita regulabit, ut induſtriales reputet
in quibus magis verſatur hominum induſtria, &
labor, quam natura: & è converſo naturales,
in quibus magis operatur natura, quam indu
ſtria, argum. l. *Quæritur ff. de ſtat. homin.* cap. *Si*
23 *teſtes, § Hermaphroditus,* 4. *quæſt.* 3. & tenent Do-
ctores præallegati: unde oliva, ſeu oleum in-
ter fructus induſtriales recenſentur, quia per ſo-
lam induſtriam accommodantur uſibus homi-
num, ut l. *Sed & ſi fundi ff. de rei vendicat.* & no-
tat Bartol: in d. l. *Et ex diverſo, num.* 2, Bald: *hic*
*num,* 10, *verſ. Excipio vites & olivas,* Abb: *num.* 3,
24 *verſ. Dubitatur enim,* & Bero. *num.* 10. Item
omnes fructus, qui ſeminantur, ſunt induſtria-
les, quia cultus hominis magnus præcedit opus
naturæ, ut Bald: inquit *dicto num.* 10. *verſ. Porrò.*
25 Et ſimiliter fœnum, & palea, in quo percipien-
do ſit magna expenſa, inter fructus induſtriales
computantur propter grandem operam, quæ
26 requiritur, ſecundùm eum. Et idem dicendũ de
lana, & lacte propter emungentis, & tondentis
operam, quia non ſunt in rudi uſu, ſed termi-
nantur inter aliquod miniſterium, ut idem ait
dicto *num.* 10. *verſ. Item lac, & lana.* Et notat
gloſſa in §. *Si quis à non Domino, in ver. Curam, In-*
*ſtit. de rerum diviſ.* Bart: in d. l. *Et ex diverſo, n.* 2
*ff. de rei vendicat.* & Abb: *hic num.* 3, *verſ. De lana,*
27 *& lacte,* Sed & aucupia, venationes, & piſca-
28 tiones. Item lapidicinæ, & cretofodinæ in fru-
ctibus induſtrialibus computantur: quoniam
etſi ex corpore rei ſint, tamen in his comparan-
dis magis verſatur hominis induſtria, quam na-
tura, ut hic per Bero. *n.* 16. & de ſimilibus, *n.* 11
29 *& ſeqq.* Rurſus ſi ex pomis fit cervitia, initium
habet naturæ, ſed ex induſtria perficitur, & id,
quod deficit naturæ, ars ſupplendo facit artifi-
ciale, quod in ſua ruditate eſt naturale; & ideo
cervitiam inter fructus induſtriales computat
30 Bald: *eodem n.* 10. *verſ. Item ſi ex pomis.* Sed paſcua
ponit inter fructus naturales, niſi falce ſecentur,
& in horrea reponantur, ut in verſ. *Paſcua an-*
*tem,* & concordat Bero. *hic n.* 2. facit text. in l.
*Si vſufructuarius meſſem, ff. Quibus modis vſufr. amit.*
ubi parificantur fœnum cæſum, ſpica inciſa, uva
adempta, & oliva excuſſa.

31 Civiles dicuntur, qui non principaliter na-
ſcuntur ex re, ſed ex proviſione hominis, hoc
eſt propter uſum rei jure civili percipiuntur, ut
32 ſunt penſiones domorum, uſuræ, vecturæ na-
vium, mercedes jumentorum, operæ ſervorum,
& aliæ hujuſmodi obventiones, ut probatur in
l. *Domum, C. de rei vendicat.* & in l. *Si navis ff. eod.*
juncta l. *Vſura, ff. de verbor. ſignific.* & l. *Vſura, ff. de*
*vſur.* Abb: *hic num.* 3, *verſ. Sed dic clarius.* Et quam-
33 vis Menoch: *de arbitrar. d. caſ.* 210, *num.* 29. exi-
ſtimet hanc denominationem fructuum civi-
lium commentitiam eſſe, nec ullo jure probari,
contra ea, quæ ſcripſerat in tractatu *de recuper.*
*poſſeſſ. remed:* 15, *q.* 40. *n.* 577. tamen verè dici poſ-
ſunt fructus civiles, ſeu legales, quia ſunt à jure
introducti, & inventi, ideoque non dicuntur
fructus ſimpliciter, ſed ut legitur in d. l. *Vſura,*
vicem fructuum obtinent, & in l. *Prædiorum, ff. de*
*vſur.* penſiones pro fructibus accipiuntur. Unde
non ſunt fructus propriè, ſed fictè, & ſic legis mi-
niſterio adinventi, quia lex eſt illa, quæ fingit,
non autem natura, l. *Si forte, ff. de Caſtrenſ. pecul.*
Et ideo acceſſiones civiles vocantur per gloſſam
in d. l. *Si navis, in ver. Percipitur, ff. de rei vendicat:*
& in d. l. *Vſura, in gloſſa finali, ff. de verbor. ſignificat:*
ut bene *hic* per Bero, *num.* 9. *verſ. Fructus civiles*
34 *ſunt.* Nec refert quòd aliqui recenſeant pen-
ſiones domus inter fructus induſtriales, ut Bald:
in l. *Si traditio, in fin. Cod. de act: empt:* ubi eos
induſtrioſiſſimos appellat, & alii, quos refert
Rota in *Romana pecuniaria* 29. *Aprilis* 1598. co-
ram Bianchetto, & 20. *Iunii* 1594. coram Pe-
nia. Quoniam idcircò eos ſic appellant, quia
proveniunt ex proviſione hominis, id eſt ex
præcedente contractu locationis, vel alterius
obligationis; verè tamen natura illos non pro-
ducit, nec ſola hominis induſtria, ſed magis le-
galis auctoritas; nec talis induſtria verſatur
circa laborem, & culturam, quæ tribuit titulum
pro fructibus irrevocabiliter acquirendis, a qua
ſpeciem, & denominationem ſumunt fructus
induſtriales. Unde Bald: & alii, qui hos fructus
nuncuparunt induſtriales, impropriè ſunt locu-
ti, ut poſt Gutier. *de Tutel. cap.* 23. *n.* 5. *Adver, tit.*
35 Rota *deciſ:* 3. *num.* 56. *part:* 7. *recent.* Licet fa-
teamur fructus civiles magis accedere natura-
libus, quàm induſtrialibus, ut tradunt Alex: *con-*
*ſil.* 144. *Circa primum num,* 7. *lib.* 5, & *conſ.* 181,
*In cauſa, & lite, num:* 6. *lib.* 2. ubi quod ſunt ad ſi-
militudinem naturalium, Rot. *d. deciſ.* 3. *num* 41.
36 Et quicquid ſit in penſionibus domorum, certè
in penſionibus Eccleſiaſticis res eſt extra du-
bium, quia in his nec conſiderari poteſt indu-
ſtria, quæ perpenditur in locandis domibus, &
conſtituendis cenſibus, & ex qua deſumitur ut
aſſictus, & fructus civiles dicantur induſtriales,
cùm penſiones Eccleſiaſticæ nulla hominis indu-
ſtria, ſeu miniſterio percipiantur, ſed ex ſolo ti-
tulo reſervationis Apoſtolicæ, ut per Rotam
*dicta deciſ* 3. *n.* 58.

37 Præmittendum ſecundò malæ fidei poſſeſſo-
rem dici verè, & juris præſumptione.

38 Malæ fidei poſſeſſor verè is dicitur, qui rem
poſſidet, quam pro certo ſcit eſſe alienam, & ad
alium pertinere cap. *Si virgo,* 34. *quæſt.* 1. cap. *fi-*
*nali,* & ibi Doct: *de præſcript.* Innoc. & Abbas in
cap. *Vigilanti, eodem tit.* Joann: Andr: *in regul.*
*poſſeſſor. de Regul. Iur. lib.* 6. Bald: *in Authen: Ad*
39 *hæc, de Vſur.* Abbas *hic num.* 15. & Bero. *num:*
17. & ad hanc ſpeciem refertur etiam is, qui
ſcit rem pro certo non eſſe ſuam; quoniam ſci-
re debuit eſſe alienam, & ideo verè dici poteſt
malæ fidei poſſeſſor, ut l. *final. C. Unde vi,* ubi oc-
cupans poſſeſſionem vacantem tenetur eam Do-
mino reſtituere, ſicut prædo, & fur. cap. *Si quid*
*inveniſti,* ubi Auguſt: *Si quid inveniſti, & non reddi-*
*diſti, rapuiſti,* & cap. *Multi,* ubi dicitur peccatum
eſſe ſimile rapinæ ſi quis inventa non reddat, 14.
*q.* 5. Bero *ubi ſuprà verſ. Item dicitur.*

40 Malæ fidei poſſeſſor juris præſumptione is
dicitur, cum quo ſuper re, ſeu dominio rei lis
fuit conteſtata, l. *Sed & ſi lege, §. Si ante litem,*
*ff. de petit. hæredit.* l. *Nemo ambigit, C. de acquiren-*
*da poſſeſſione,* l. 2. *C. de fructibus, & litis expenſis,*
Abb: *hic num.* 15. *verſ. Quidam eſt malæ fidei poſſeſ-*
*ſor juris præſumptione,* Bero. *num.* 17. *in fin.*



&

& latius dicam, infrà in 3. membro principali, num. 108.

41 An autem per ſolam denunciationem de re aliena factam poſſeſſor conſtitua ut in mala fide, vide hîc per Imolam num. 9. Abb. num. 16. & Bero. n. 20. bene diſtinguentes inter eum, qui habet titulum, & eum qui non habet.

42 Econtrà verò bonæ fidei poſſeſſoris dicitur, qui ignorat ſe alienum poſſidere, ſed cogitatione dominii poſſidet d. cap. Si virgo, 34. q. 2. ubi eſt text. Bart: in l. Apud antiquos, in 2. notab. & ibi etiam Bald: num. 6. C. de furtis. Abbas hîc n. 15
43 & Bero. num. 19. Item qui credit tradentem eſſe Dominum bonæ fidei poſſeſſor dicitur. Bart: in l. Si exiſtimans, ubi eſt caſus, ff. pro ſoluto. Bero. ubi ſuprà.

44 His ita conſtitutis de quatuor principaliter eſt inquirendum prout diſtinguunt Bart: in l. Et ex diverſo, num. 6. & 9. ff. de rei vendicat. Butr. hîc num. 11. Abb. num. 3. in fin. verſ. His præmiſſis, & Bero. n. 16. verſ. Pro clariori.

Primum eſt de bonæ fidei poſſeſſore, qui ſemper fuit in bona fide, an faciat fructus ſuos, & quos reſtituere teneatur. Secundum de malæ fidei poſſeſſore, qui ſemper fuit in mala fide. Tertium de poſſeſſore, qui ab initio fuit in bona fide, & ex poſt facto factus eſt malæ fidei. Quartum de eo, qui ab initio fuit malæ fidei, deinde factus eſt bonæ fidei. Rurſus quidam poſſident cum titulo putativo, quidam ſine titulo. Item quidam cum violentia, quidam ſine violentia, & de his omnibus eſt videndum.

45 Circa primum membrum principale ex dictis Abbatis num. 4. colliguntur concluſiones infraſcriptæ.

Prima concluſio eſt: Poſſeſſor bonæ fidei ſemper ſine titulo facit fructus induſtriales ſuos, & naturales inquantum eos conſumpſit, ſed naturales extantes, & non conſumptos nunquam facit ſuos, ut l. Fructus percipiendo, ff. de uſur. & vult gloſſa ult. hîc, & in d. l. Et ex diverſo, in ver. Habendam, ff. de rei vendicat. & in §. Si quis à non Domino, in ver. Fructus, inſtitut. de rerum diviſ. Innoc. in cap. In litteris, num. 4. verſ. Vel etiam ſi eſſet bonæ fidei poſſeſſor, ſupra eod. Butr. hîc num. 12.
46 Abb. d. num. 4. & Bero. num. 23. Si verò habuit titulum, tunc fructus omnes facit ſuos etiam naturales non conſumptos: & ita intelligi debet text. in l. Bonæ fidei, ff. de acquiren. rerum domin. Et hoc placuit Oldrad. & Jacob. de Arena, quos refert, & ſequitur Bartol: in d. l. Et ex diverſo, num. 1. ff. de rei vendicat. Butr. hîc num. 12. Anchar. num. 9. Imola num. 12. Bero. num. 23. & ſeqq. Felin. in cap. De quarta, n. 30. de præſcript. Alber. de Roſate in d. l. Fructus percipiendo, n. 1. Fulgoſ. in l. Fructus non modo, num. 9. ff. de rei vendicat. Imola in l. Neſennius, §. Fundum, num. 3. ff. eod. Igneus in l. 3. §. Si conditioni, à num. 35. uſq. ad 40. ff. ad Sillan. Affl. dict. deciſ. 240. num. 1. & ſequuntur communiter hodie moderni, ut Abbas hîc teſtatur num. 4. verſ. Si verò habuit titulum, licèt gloſſa ult. hîc, & antiquiores communiter dixerint bonæ fidei poſſeſſorem fructus naturales nunquam ſuos facere, ſed teneri reſtituere univerſos, ſive extantes, ſive conſumptos per textum in d. l. Fructus percipiendo, ff. de uſur. & ad textum in d. l. Bonæ fidei, conabantur reſpondere, ſed non bene. Quod eſſet intelligendus de fructibus induſtrialibus, quod non procedit, quia obſtat littera illius textus ibi: Non tantum eos, qui diligentiâ, & opera ejus provenerunt, ſed etiam omnes: & ſic etiam naturales, quos natura ipſa producit ſine ulla hominis induſtria, & cultura, ut dictum eſt ſuprà in evidentialibus, n. 19. quod latius proſequitur hîc Bero. à num. 26.

Nec obſtat dicta l. Fructus percipiendo, quia intelligi debet de fructibus naturalibus extantibus, quos bonæ fidei poſſeſſor etiam cum titulo
47 non facit ſuos, non autem de conſumptis. Ratio eſt, quia quod operatur induſtria, & cultura in fructibus induſtrialibus, ut in d. l. Fructus, & in d. l. Bonæ fidei, cum ſimilibus, hoc operatur con-
48 ſumptio in naturalibus, argum: l. Nam etſi fur. l. Si à furioſo, in fin. l. Si ergo, l. Si filius, & l. Non omnis, §. Pupillum, ff. Si certum petatur, ubi per conſumptionem mutuum reconciliatur; & id quod meum effectum non erat, poſt conſumptionem meum efficitur, quamvis haberem cauſam à malæ fidei poſſeſſore, ac etiam à fure, & à prædone, l. Quæſitum, in fin. ff. de acquir. poſſeſſ. ut bene hîc per Bero. n. 23.

49 Secunda concluſio eſt: Bonæ fidei poſſeſſor etiam ſine titulo ſuos facit fructus civiles, quos facto, proviſione, ſeu diligentia ſua percepit, eò quòd ipſe laboravit, & ei ſolvens liberatur, ut in l. Si Urbana, ff. de condict: indebit. Et ita à fortiori per illum textum voluit Innoc. in d. cap. In literis, n. 3. in fine, verſ. Niſi forte, ſupra eodem. Butr: in d. l. Et ex diverſo, num. 5. Nam ſi malæ fidei poſſeſſor tales fructus civiles facit ſuos, licèt revocabiliter, quia tandem tenetur illos reſtituere: ergo multò magis bonæ fidei poſſeſſor etiam ſine titulo; & ſequuntur Butr: n. 12. Anchar: num. 5. & Bero. num. 23. verſ. Secunda ſit concluſio.

50 Tertia concluſio eſt: Poſſeſſor bonæ fidei facit etiam ſuos fructus civiles, quos diligentia, & opera, vel contractu alterius percipit propter bonam fidem, ſed ei ſolvens non liberatur, niſi habuerit juſtam cauſam ſolvendi, ut diſtinguendo declarat Bartol: in d. l. Si Urbana, num: 4. ff. de condition. indebit. & poſt eum Abbas hîc num. 5. verſ. Aut bonæ fidei poſſeſſor, & latè Bero. num. 24. verſ. Tertia ſit concluſio. Angel: in §. Si quis à non Domino, num. 4. Inſtit. de rerum diviſ. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 15. n. 624. ſimilis diſtinctio fit in malæ fidei poſſeſſorem, ut patebit infrà n. 63. & de penſionibus Eccleſiaſticis vide quod infrà dicam n. 123.

51 Hactenus dictum eſt an, & quando bonæ fidei poſſeſſores faciant fructus ſuos: nunc inquirendum, an, & quando teneantur illos reſtituere, & qua actione: & ex dictis Abb. hîc n. 6. faciã infraſcriptas concluſiones.

Prima ſit concluſio: In illis caſibus, in quibus bonæ fidei poſſeſſor non facit fructus ſuos (quod regulariter contingit in naturalibus) ſi tales fructus extent, & non ſint conſumpti, illos reſtituere tenetur eo modo, quo rẽ ipſam, ſeu capitale, & conſequenter rei vendicatione, gloſ. magna in princ. Inſtit. de offic. judic. Et ita poteſt in-
52 telligi text in l. Cùm in rem, ff. de rei vendic. Si verò tales fructus non extent, quia conſumpti ſint, non dolo malo, ſed bona fide, quoniam præſupponimus poſſeſſorem ſemper eſſe bonæ fidei: tunc vendicari non poſſunt ex quo non extant in rerum natura, & poſſeſſor conſumptio-
53 ne effectus fuit dominus ſecundùm ea, quæ dicta ſunt ſuprà, num. 46. & 47. & rei vendicatio non datur contra Dominum, ſed ipſi Domino, ut d. l. In rem, & l. unic. C. de alien. judic. mutan. cauſ. facta. Verùm ſi poſſeſſor ex hujuſmodi fructibus conſumptis factus ſit locupletior, tunc contra eum ex æquitate agi poterit. l. Si me, & Titium, ff. Si certum petatur, videlicet ad æſtimationem eatenus, quatenus locupletior factus ſit, conditione ſine cauſâ: Vel melius fortè certi conditione generali, l. Certi condictio: cùm ibi notat. ff. Si cert. petat. juncta d. l. Si me, & Titium, Abb. hîc num 6. & Bero. num. 29. verſ. Prima ſit.

54 In dubio autem bonæ fidei poſſeſſor, qui fructus naturales conſumpſit, non præſumitur ex illis factus locupletior, ut voluit Angel. in l. In inſulam §. Factus, num. 1. ff. ſolut. matrim. & in conſ. 160. Domina Catharina, in fine, & conſ. 123. ſuper primo puncto, num. 2. in fine. Alex. in l. Mulier. §. Cùm proponatur, in fine, ff. Ad Tabell. cum quibus videtur tranſire Bero. hîc num. 30. licèt contrariam tenuerit idem Angel. in l. Utrum, num. 4. poſt gloſſam 1. ibi, ff. de petit. hæredit. Tu vide Menoch. de præſumptione tom. 2. lib. 6. præſumpt. 27. n. 6. ubi plures citat pro utraque ſententia: & primam dicit ſatis apertè probari in l. In pupillo, ff. de ſolut. quam etiam probat aliis pluribus relatis Thomas Sanchez ſuper Decalogo, tom. 1. lib. 2. cap. 23. num. 37. 38. & 39.

55 Secunda ſit concluſio, quod in illis caſibus, in quibus bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, non tamen facit illos ſuos irrevocabiliter, quia ſi extant, & non ſunt conſumpti, tandem tenentur eos reſtituere, ut l. Certum, ibi bonæ fidei verò extantes, C. de rei vend. c. & §. Si quis à non Domino. Inſtit. de rerum diviſ. ibi ſi poſtea Dominus ſupervenerit, & fundum vendicet, de fructibus ab eo conſumptis agere non poteſt. Ergo à contrario ſenſu poteſt de non conſumptis. Ad idem text. in l. Bonæ fidei, ff. de acquir. rerum domin. ibi, ſuos interim facit, quia quoad fructus attinet, loco Domini pene eſt: & cum myſterio dixit, loco Domini pene eſt, ut innueret eum non effici perfectè, & irrevocabiliter Dominum. Item dixit, ſuos interim facit; id eſt ut notat ibi gloſſa in ver. Interim, il ſecondo, donec durat bona fides, ad ſignificandum dominium
56 hoc eſſe revocabile. Et quamvis illos extantes non teneatur reſtituere per viam actionis, putà per rei vendicationem, quæ hoc caſu competere non poteſt, ut proximè dictum eſt n. 53. nihilominus ad illorum reſtitutionem cogi poteſt per officium judicis ex quadam æquitate: nam cùm ex re mea bonæ fidei poſſeſſor factus ſit locupletior, & fructus extantes ex re mea penes ſe habeat æquitas poſtulat, ut illos mihi reſtituat; & ideo cùm actio mihi non competat, ſuccurritur per officium judicis, quod imploranti eſt impertiendum, quoties judici æquum videbitur, argum. d. l. Si me, & Titium, juncto cap. 2. de offic. judic. & text. in l. 4. §. Hoc autem judicium cum ibi notatis, ff. de damn. infect. l. 1. ff. de juriſdict. omnium judic. dixi in cap. Quoniam, à n. 34. uſq. ad num. 38. infrà de decim. & ita determinat Innoc. in cap. In litteris, num. 1. verſ. Si autem, ſupra eodem, nam poſteaquam firmavit bonæ fidei poſſeſſorem facere fructus induſtriales ſuos ſive habeat jus, ſive non per jura ibi allegat: poſtea ſubdit, quòd ſi aliquid de fructu remanſerit penes ipſum, poſtquam conſtiterit, quòd proprietas ad alium pertinet, officio judicis id reſtituendum eſt l. Certum, §. Bonæ, C. de rei vendic. quod etiam repetit num. 4. verſ. Vel etiamſi eſſet. Idem tenet Bartol. in d. l. Et ex diverſo, num. 1. ff. de rei vendicat. Bald: in l. 2. num. 6. verſ. Sed quid ſi fructus extent, C. de fruct. & lit. expenſ. ubi quod bonæ fidei poſſeſſor tenetur ad fructus extantes etiamſi ſint commixti cum aliis ejuſdem ſpeciei, puta frumentum cum frumento, argum. l. In nave, ff. locat. Idque vel conditione ſine cauſâ, vel officio judicis mercenario, l. 4. §. Poſt litem, ff. finium regundior. & hic firmant Butr. num. 12. verſ. Si autem quæritur. Abb. num. 4. Et eſt communis opinio, ut atteſtatur Bero. d. n. 30. verſ. Poſſet tamen opinio, licèt ipſe ſentiat hoc caſu fructus poſſe condici certa conditione generali; & ideo non competere officiũ judicis, quod eſt remedium extraordinarium, niſi in caſu, ut ibi per eum.



57 Tertia ſit concluſio, quòd bonæ fidei poſſeſſor poſt conſumptionem fructuum, quos ſuos fecerat, etiam induſtriales, & civiles, ſeu illorum æſtimationem reſtituere tenetur, quatenus ex illis factus eſt locupletior, l. Item veniunt, §. Præter hæc: ibi, Eos autem, qui juſtas cauſas habuiſſent, quare bona ad ſe pertinere exiſtimaſſent, uſque eo dumtaxat, quo locupletiores ex ea re facti eſſent, condemnandos eſſe, ff. de petit. hæredit. l. Sed ſi lege, §. Idem ſi rem diſtraxerit. l. Si rem, & pretium: & l. ſeqq. ff. eodem, & l. Nam hoc natura, ff. de condit. indebit. & ad illorum reſtitutionem tenetur, & conveniri poteſt conditione ſine cauſa, quia illa actio, ſeu con-
58 dictio, quæ datur ex æquitate, datur non ſolùm adverſus eum, qui factus eſt locupletior ex re mea, ſed etiam contra eum, qui locupletior factus eſt ex re mihi debita, quæque nondum mea erat, ut colligitur ex l. Si eum ſervum: & ex d. l. Si me, & Titium, ibi non quia pecuniam tibi credidi, ſed quia pecunia mea ad te pervenit, eam mihi à te reddi bonum, & æquum eſt, ff. Si cert. petat. maximè juncta gloſſa in ver. Pecunia mea, quæ exponit mea, id eſt mihi debita. Quæ concluſio eſt Innocentii in cap. In litteris, num. 1. verſ. Sed & ſi electio, ſupra eod. Item Bart: in d. l. Et ex diverſo, num. 6. & 7. ff. de rei vendicat. Anton: de Butr: hîc num. 12. col. 3. circa med. verſ. Bartolus dicit: & Abbas n. 6. verſ. Bartolus, in d. l. Ex diverſo, ubi ſequitur hanc opinionem tanquam æquiſſimam. Soc. Sen. conſ. 251. Quoniam, n. 25. lib. 2.

59 Locupletior autem dicitur, quando occaſione rei ſic conſumptæ patrimonium ſuum eſt aliquo modo auctum, ut quia ſumptus non fecit, quos alioquin ex ſuo patrimonio facturus fuiſſet, vel aliquid lucratus eſt illius rei occaſione: ſecùs ſi propterea lautius vixit, aut ſplendidius, quàm aliàs victurus eſſet, ut l. Sed & ſi lege, § Quod autem quis ex hæreditate, ff. de petit. hæredit: & l. Item ſervandum, ff. de legat. 2. ibi, non enim abſumitur quid in corpore patrimonii retinetur, qua de re plura congerit Thom. Sanchez ſu-

N 3 per

per Decalog, tom, 1. lib, 2. cap. 23. à num. 7. uſq; ad n. 16.

60 Sed tu adverte, quia propoſita concluſio ex mente Bart. Butr. & Abb. non eſt communis, ſed ſingularis ipſorum: nam gloſſ. & DD. communiter tenent bonæ fidei poſſeſſorem in tantum facere fructus induſtriales ſuos, ut ſi ab illo ſint conſumpti, quamvis ex eis factus ſit locupletior, tamen nullo modo teneatur illos reſtituere; quoniam etſi extantes reſtituere debeat, ut dictum eſt ſupra in alia concluſione, n. 55. tamen poſtquam conſumpti ſunt, ad illorum reſtitutionem nullo caſu adſtringitur, quia illos ex cultura, diligentia, & labore irrevocabiliter lucratus fuit, §. Si quis à non Domino, inſtit. de rer. diviſ. & ita tenere communiter DD. affirmat Bero. hic n. 33 verſ. Et ne erres: quibus adde Rotam in Romana fructuum Portarum, 20. Novembris 1585. coram Gipſio, in qua dinumeratis Doctoribus pro utraque ſententia, ſequuta fuit ſententiam Accurſii, & Azonis in d. l. Et ex diverſo, ff. de rei vendicat. contra ſententiam Bartoli, hoc eſt bonæ fidei poſſeſſorem etiam factum locupletiorem non teneri reſtituere fructus, quando agitur in judicio particulari, ſed ſolum ubi agitur in judicio univerſali, veluti petitione hæreditatis. Poſteà tamen Rota in Mediolanen. Penſionis, 19. Ianuarii 1632. coram Merlino, quæ habetur in impreſſis, deciſ. 3. n. 48. par. 7. recent. ponderavit, quod in præallegata deciſione Gipſii aſſeritur non fuiſſe diſcuſſum, ſed inter Dominos multùm controverſum, an illa opinio eſſet verior, & ſolummodò concluſum illam eſſe communiorem; ſed hodie numerando Recentiores Doctores, qui poſt deciſionem ſcripſerunt, fortaſſe illa non eſſet communis. Et tenendo opinionem Bartoli, non obſtat ratio conſumptionis e contrario conſiderata: quoniam fructus non dicuntur conſumpti ex quo in corpore patrimonii retinentur, ut dicitur in dicta l. Ita ſervandum, ff. de legat. 2. & declarat Bald. in l. Ubi adhuc ad fin. verſ. Item per gloſſ. C. de jure dotium. Nec refert, quòd ille text. & alia jura ſuperius in concluſione allegata loquantur in petitione hæreditatis, & ſic in judicio univerſali. Quoniam in hoc nulla conſtituenda eſt differentia, ut optimè deducit Bero hic n. 31. quem per te videas. Et pro hac opinione ferè innumeros tam Juriſperitos, quàm Theologos cumulat Thomas Sanchez ſuper Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 23. n. 47. & 77.

61 Circa ſecundum membrum principale de malæ fidei poſſeſſore, qui ſemper fuit in mala fide, an faciat fructus ſuos, vel illos reſtituere teneatur, & quo remedio; Licèt gloſſa ult. hic breviter ſe expediat dicens eum teneri ad reſtitutionem fructuum omnium, qui probantur ad eum perveniſſe tam ante, quàm poſt litem conteſtatam, ſed non adeo, qui percipi potuerunt, niſi ſit violentus: tamen hæc gloſſa communiter non tenetur, ut dicit Abbas hic n. 7. Unde ex ejus dictis conſtituendæ ſunt ſequentes concluſiones.

Prima ſit concluſio, quòd malæ fidei poſſeſſor ſive ſit violentus, ſive non, & ſive poſſideat ſine titulo, ſive cum titulo, fructus etiam induſtriales non facit ſuos: nam mala fides hoc operatur, textus eſt in l. Qui ſcit, ibi Si totum fundum alienum qui ſciens poſſideat, nulla ex parte fructus ſuos faciet, quoquomodò ſati fuerint, ff. de uſur. & l. Fructus, la prima, ff. de rei vendicat. Ad idem text. in l. Domum, l. Si fundum, & l. Certum, C. eodem titulo, ubi fructus vendicantur. Ergo non ſunt malæ fidei poſſeſſoris, & in hoc nullum eſt dubium, ut inquit Bero. hic n. 34.

62 Hoc tamen intelligas, niſi fructus ſive naturales, ſive induſtriales à malæ fidei poſſeſſore eſſent conſumpti, quia conſumptione ſuos faceret. Quod enim operatur translatio dominii ab initio, idem operatur conſumptio rei ex poſt facto, l. Si filius familias, cum ſimilibus, ff. Si certum petatur: & ita eſt de mente Bartoli in d. l. Et ex diverſo, n. 11. ff. de rei vendicat. Abb. hic n. 7. & Bero. d. n. 34. verſ. Hoc tamen intelligas, dum dicunt contra malæ fidei poſſeſſores ad fructus conſumptos agi condictione ſine cauſa, quæ præſupponit dominium ex parte rei conventi, §. Sic itaq; inſtit. de action. & hoc de fructibus naturalibus, & induſtrialibus.

63 In civilibus verò diſtinguendum eſt, ut legitur, & notatur in l. Si Urbana, ff. de condict. in deb. nam quandoque malæ fidei poſſeſſor hos fructus recipit ex contractu inito cum ſeipſo, quandoque ex contractu inito cum Domino. In primo caſu ſolvens liberatur, ſed recipiens tenetur. Secundo verò caſu ſolvens non liberatur, niſi habuerit probabilem cauſam ipſi ſolvendi, putà quia injuſtè fuit electus, vel confirmatus per Superiorem, & putabatur confirmatio legitima, cùm non eſſet ſecundùm Innocentium in cap. In litteris, n. 3. in fin. verſ. Niſi fortè, ſupra eodem, Abb. hic n. 8. & Bero. num. 34. verſ. Fructus verò civiles. Similis diſtinctio in bonæ fidei poſſeſſore facta fuit ſuprà num. 49. & n. 50. in 2. & 3. concluſione.

64 Nunc videndum an malæ fidei poſſeſſor fructus quos fecit ſuos, reſtituere teneatur, & quo remedio: & in hoc ſimiliter conſtituendæ ſunt concluſiones infraſcriptæ.

Prima concluſio: malæ fidei poſſeſſor ſine titulo tenetur de fructibus, quos percepit, & qui percipi potuiſſent, & ſic de perceptis, & percipiendis, ut hic probatur, licèt hæc littera loquatur de violento. Ad idem ſunt jura clara in l. Domum, ibi: Præſes Provinciæ cum penſionibus, quas percipit, aut percipere poterat, & omni cauſa damni dati, reſtituere jubebit, Cod. de rei vendicat. in l. Fructus, & in l. Si navis, ff. eod. & firmat gloſſ. in cap. Non liceat Papæ, in ver. Et cùm fructus, 12. quæſt. 2. Item gloſſa in l. Et ex diverſo, in ver. Non habendam, ff. de rei vendicat. Abbas hic n. 7. verſ. Diſtinguendum eſt, & n. 13. Jaſ. in l. Apud Iulianum, §. Fructus, ff. de legat. 1. & ſequitur Rota apud Put. deciſ. 383. num. 5. & deciſ. 1170. n. 1. part. 3. diverſ. ubi quod intruſus in beneficio teneatur reſtituere etiam fructus, quos percipere potuiſſet, ſicut violentus. Et idem ſervat quando ſpoliator non habet juſtam cauſam, quare ſpoliavit, ut in deciſ. ult. de reſtit. ſpoliat. in Antiq. Put. ubi ſuprà.

65 Quo verò ad remedia, quæ dantur adverſus malæ fidei poſſeſſorem ad reſtitutionē fructuū, Diſtinguendum eſt: nam aut quæritur de fructibus perceptis, aut de percipiendis. Si de perceptis, refert an adhuc extent, vel ſint conſumpti. Si extent, peti poſſunt rei vendicatione; Si ſunt con-



conſumpti, condictione ſine cauſa, vel injuſta, ut eſt caſus in l. Mala fide, C. de condict. ex lege, & in l. Adverſus, ibi: Sed extantes quidem vendicari, conſumptos verò condici poſſe procul dubio eſt, C. de crimin. expilat. hæredit. Item de
66 conſumptis agi poteſt rei vendicatione perinde ac ſi extarent, quia ex quo erat malæ fidei poſſeſſor, & ſic ſciebat, ſeu ſcire debebat, illos fructus non eſſe ſuos, utique eos conſumendo dicitur dolo deſiiſſe poſſidere, & ideo rei vendicatione illos reſtituere tenetur, ut in l. Qui dolo, & in l. Parem, ff. de regul. jur. nam pro poſſeſſione dolus eſt, ut dicitur in d. l. Qui dolo, ubi gloſſ. unita exemplificat in convento rei vendicatione, vel petitione hæreditatis. Adverte tamen, quia hoc caſu propter dolum, & malam fidem datur rei vendicatio utilis, non directa, arg. l. Electio, §. Si is quam, ff. de noxal. & declarat gloſſ. in d. l. Mala fide, & l. Qui dolo, & Bero. hic num: 34. verſ. Item de conſumptis.

67 Rurſus contra malæ fidei poſſeſſorem ad conſumptos agi poteſt etiam condictione furtiva tanquam contra furem, quia fur dicitur rem alienam ſcienter contrectando, l. 1. ff. de furt. juncta l. In rem, §. final. ff. de condict. furt. quia
68 contra furem omnis actio degenerat, ut §. Sic itaque, Inſtit. de action. Bero. ubi ſupra verſ. Item
69 contra. Quinimò malæ fidei poſſeſſor fructus percipiendo non facit furtum, ſed conſumendo facit furtum, & tenetur furti, ut eſt caſus in d. l. Mala fide, & ibi Salicet. in ſummario, C. de condict. ex lege.

70 De fructibus autem percipiendis, qui numquam fuerunt in rerum natura, malæ fidei poſſeſſor ſine titulo convenitur officio judicis, ut §. Illorum, Inſtitut. de offic. Iudic. Gloſſ. Bald. Salicet. & Paul. de Caſtro in l. Domum, C. de rei vendicat. Abb. hic num: 7. verſ. De percipiendis autem, & Bero, d. num: 34. eodem verſ. Rota deciſ. 1170. num: 3. part. 3. diverſ. Nam rei vendicatio non datur, quia nihil extat, ut ſupra, nec condictio ſine cauſa, quia nihil ad eum pervenit, arg. d. l. Si eum ſervum, & l. Me & Titium ff. Si cert. petat.

71 Secunda concluſio. Malæ fidei poſſeſſor cum titulo tenetur de omnibus fructibus perceptis, ſed non de percipiendis, quia titulus eum excuſat, ut l. Si fundum, C. de rei vendicat. ibi (Fructus, quos cum mala fide percepiſſe fuerit probatum aditus Præſes Provinciæ reſtituere jubebit) ubi gloſſa ult. & Bart. num: 3. ideo dicit percepiſſe, quia de percipiendis non tenetur propter titulum, quem habet. Idem tenet gloſſa in l. Sed & partus, in ver. Potuit, ff. de eo quod met. cauſ. & in l. Si navis, §. final. in ver. Generaliter, in l. Fructus non modò, in ver. Potuerunt. & in l. Et ex diverſo, in ver. Non habendam, ff. de rer. vendicat. Item gloſſa in cap. Non liceat Papæ, il primo, in fine, 12. quæſt. 2. Speculat. in tit. de fructibus, & intereſſe, §. Sciat igitur, num: 3. & 4. Bart. in d. l. Fructus non modò, num: 1. in 1. oppoſit. Bald. in d. l. Si fundum, num: 2. in 5. notab. & in 5. oppoſit. & ibi etiam Angel. num. 3. Hoſtienſ. in cap. Cùm cauſam, ad finem, ſupra de offic. Iudicis Delegat. ubi etiam Joan. Andr. num: 8. & Abb. num: 5. & hic tenent gloſſa ult. Hoſtienſ. num: ult. Butr. numer. 1. Cardin. num: 1. ad fin: Anchar. num: 12. Imol. num: 5. & Abb. num: 7. Ex quibus conſtat hanc eſſe communem opinionem: licèt Cynus in dict. l. Certum, num: 3. in fin. Paul. de Caſtro in dict. l. Si fundus, num: 3. C. de rei vendicat. & alii nonnulli opinati fuerint malæ fidei poſſeſſorem tenere indiſtinctè ad reſtitutionem fructuum, qui percipi potuerunt, ſive titulum habeat, ſive non. Sed non benè: quia jura per eos allegata loquuntur apertè in malæ fidei poſſeſſore, qui titulo caret.

72 Fallit tamen ſupradicta concluſio in quatuor caſibus, in quibus malæ fidei poſſeſſor cum titulo etiam de percipiendis tenetur, quos ponit gl. ult. in d. l. Si fundum, C. de rei vendicat. & Abb. hic num: 7. ante medium, verſ. Et communiter excipiuntur quatuor caſus. Primus eſt in eo, qui in fraudem creditoris emit, l. Ait Prætor, §. Per hanc, ff. de his quæ in fraud. credit. Secundus in eo, qui ſciens emit contra legis interdicta, l. Quemadmodum, C. de Agricol. & cenſit. libro 11. Tertius in eo, qui emit à fiſco non ſolemniter vendente, l. 1. C. de fid. inſtrum. & jur. Haſtæ libro 10. l. Videamus, §. Item, ff. de Uſur. Quartus in emente per metum, d. l. Sed & partus, ff. Quod met. cauſ. Et quamvis Ultramontani teneant oppoſitum, tamen gloſſa præallegata communiter tenetur, ut inquit Bart. in l. Et ex diverſo, num: 11 ff. de rei vendicat. addit gloſſ. & quin-
73 tum caſum, videlicet in eo, qui ſtudiosè patitur fructus maturos corrumpi, & conſentit gloſſ. Joan. in cap. Non liceat Papæ, in ver. Et cum fructibus, ibi, vel qui culpa ſua non ſunt percepti, 12. qu. 2.
74 Sextum addit Bero. hic num: 34. verſ. Fallit tamen, videlicet in eo, qui mala fide poſſidet rem minoris etiam cum titulo: de quo eſt gloſſ. in l. Patri pro filio, §. Item ex diverſo, in ver. Fructibus, ff. de minor. per illum tex. juncto §. præcedenti, quam gloſſam ad hoc pro ſingulari allegat Romanus in ſingulari 542. Quibus addo Creſcentium deciſ. 8. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.

75 Cæterum quatuor primi caſus excepti reducuntur omnes ad unum, videlicet quando titulus eſt infectus, & à jure reprobatus; tunc enim habetur pro non titulo; ac proindè malæ fidei poſſeſſor non excuſatur à reſtitutione fructuum, qui percipi potrrant, ut declarat Hoſtienſ. in cap. Cum cauſa, ad fin. ſupra de offic. Deleg. poſt eum Joan. Andr. ibid. num: 8. & Abb. num: 9. & idem Abbas hic num: 7. Fulgoſ. conſ. 190. Viſis, toto proceſſu, num: 4. verſ. Ad ſecundum autem, & conſ. 136. Quia ex facto, num: 2. verſ. Ad ſecundum, & ita reduci omnes ad hunc caſum advertunt, Faber in d. l. Certum, C. de rei vendicat. & Joan. Garz. in tract. de expenſ. cap. 23. n. 43.

76 Sed numquid malæ fidei poſſeſſor teneatur reſtituere diſtributiones quotidianas, quas reſidendo, & divinis intereſſendo percepit, quas-
77 ve percipere potuiſſet. Non videtur, quia diſtributiones quotidianæ non computantur inter fructus, nec fructus dicuntur, cap. Licet, verſ. Nolumus autem ut diſtributiones quotidianæ, infra de præben. & in cap. de Cleric. non reſid. libro 6. & in cap. final. de conceſſ. præben. eodem libro, & in Extravag. Cùm nonnullæ, la prima, verſ. Præterea, de præben. pleniſſimè Oldrad. conſ. 118. Ex virtute gratiæ, Joann. Andr. in Rubrica, de conceſſ. præben. qui tranſtulit integrum conſilium Oldradi, auctore tacito, Felin. in cap. Ad aures, nu: 14. de reſcript. & cenſuit Rota in quam plurimis deciſionibus, quas cumulat Gonzalez

*ad reg. 8 Cancellariæ in proœm.* §. 7. *numer:* 154.
& addentes ad *deciſ.576. num:*1, *part.4.tom.*3.
*recent.*
78 Et meritò, quia diſtributiones nihil com-
mune habent cum corpore beneficii, ſed dan-
tur ratione ſervitii, & in recompenſam ſollicitu-
79 dinis divinorum officiorum, d.cap. *unico.de cler.*
*non reſid.lib.6.* & quandoque Manualia, quan-
doque victualia appellant, ut ibidem, & in cap.
*De cætero,eod.tit.in hac compilat.*& d.cap.*Licet,in-*
*fra,de præben.*Felin.in cap. *Cùm olim, in princ.de re*
80 *vendicat.* Item debentur pro opere diurno, & ra-
tione laboris impenſi in vinea Domini, & dan-
tur tanquam merces.Pariſ.*conſ.*33 *num:*3.*vol* 4.
Gigas poſt alios *conſ.*144 *num:6.&* 13. Rota *de-*
*ciſ.*309.*num:*16,*&* 17.*part* 7 *recent.*Butat. *deciſ.*
193.*num:*18.*dignus eſt autem operarius mercede ſua.*
1.ad Timoth.5.cap. *Quicumque,* 12.*quæſt.*2 nec
denario fraudari debent in vinea Domini ope-
rantes,cap *final. De magiſtris.* Item *os bovis ligari*
*non debet triturantis.* Deuter. 25. cap. *Eccleſias,*
*verſ.Item non alligabis,*13.*quæſt.*1.cap. *Extirpandæ,*
*de præbend.* Et qui ad onus eligitur, repelli non
debet à mercede,cap. *Cùm ſecundùm,de præbend.*
& cap. *Charitatem,* 12. *quæſt.* 2. Hoc juſtum
namque eſt,ut illi conſequantur ſtipendium,qui
pro tempore ſuum commodare reperiuntur ob-
ſequium.& cap.*Eccleſiaſticis,ead.cauſ.& quæſt.* &
cap.*Clerici,*1.*quæſt.*2. *Nemo enim militat ſtipendiis*
81 *ſuis,*1.ad Corinth.9.cap.*Ex his,*12.*quæſt.*1.& cap.
*Cùm ex officii,de præſcript.* Quinimò non videtur
quis fraudandus mercede laboris,etiamſi de fa-
cto officium occupaverit, ut probat tex.in l.*Ti-*
*tio.ff.ad municipal.& de Incol.* ubi exercens mini-
ſterium alteri demandatum ſub certo ſalario,
poteſt,ac debet ſalarium illud conſequi. Facit
text.in l.1.*in* 1.*reſponſo.ff.* *Si menſor.falſ.mod.di-*
*xer.*& in l.*Cum duobus.§.Si coeundo,* ibi, Pretium
enim operæ eſt,*ff. Pro ſocio,* cum aliis in puncto
allegat per Franc.Vivium in *Silva commun. opin.*
*in ver.Diſtributio,opin.*594.*num:*5.*verſ. Quod datur*
*pro ſervitio.*
82 Potiſſimum autem hæc vendicant ſibi locum
in iis diſtributionibus quotidianis, quia cùm
in ipſis acquirendis magis ſit elaborandum, in-
de eſt, ut plenius acquirantur, quàm fructus
præbendæ, adeò ut Clericus quamvis de fructi-
bus beneficii teſtari nequeat: tamen cum diſtri-
butionum ſit abſolutus Dominus, de illis bene
teſtari poſſit,ut poſt Gulielm.in Extravag. *Su-*
*ſcepti.*Joann.XXII. firmat Gemin.in cap.*unico,*
§.*Qui verò,num:*3.*in* 3.*notab.* & ibi etiam Franc.
*num:*4.*de clericis non reſidentibus, libro* 6. Ludov.
Bologn. *in addit. ad Ioan. de Anan.conſ.*87.*ſub nu-*
*mer.*5.
83 Sed his non obſtantibus Rota ſæpiſſimè reſol-
vit malæ fidei poſſeſſorem teneri, & condem-
nandum eſſe ad reſtitutionem quotidianarum
diſtributionum, quas inſerviendo, & divi-
nis intereſſendo percepit, etiamſi ex parte im-
pediti nulla præceſſerit proteſtatio. Caſſador.
*deciſ.6.num:*3.*de præbend.* Puteus *deciſ.*383.*num:*
7.*libro* 1. Rota *deciſ.*618.*num.*1.*part.*1. & *deciſ.*
1170.*part.*3.*diverſ.*Coccin.*deciſ.*21.*num:* 3.*&* 4.
& ſequuntur Gonzal.*ad reg.*8. *Cancell. in proœm.*
§.7.*num:*161.*verſ.Quarto limita,* & Grat.*diſcept.*
*forens,cap,*591.*numer.*41. Idque jure optimo,ne
ex facto, & culpa ſua malæ fidei poſſeſſor locu-
pletetur cum aliena jactura, ut per Put. *d. de-*
84 *ciſ.*383.*num:*8.& Coccin *d.deciſ.*21.*numer:* 2. Et
quia licèt in valore fructuum non computentur
diſtributiones quotidianæ,Rota *deciſ.*33.*num:*2.
*de ſentent. & re judicat.* & *deciſ.* 39. *numer:*1 *de*
*præbend. in Antiq.* (in quibus terminis loquitur
Oldrad.Joan.Andr.& Felin. *in locu ſupracitatis.*)
85 tamen hujuſmodi diſtributiones comprehen-
duntur ſub fructibus. Aliud enim eſt dicere,
quod diſtributiones quotidianæ comprehen-
duntur ſub valore fructuum,& non comprehen-
duntur;& aliud,quod ſint de fructibus, & ſunt:
quia tales diſtributiones quotidianæ dantur re-
ſidentibus Canonicis,etſi Canonicus eſſet impe-
ditus,haberet illos.Ratio ergo poſtulat,& æqui-
tas ſuggerit, ut ſub nomine fructuum compre-
hendantur; quæ ſunt formalia verba Mohe-
dani *deciſ.6.num:*2.*&* 3 *de præben.*& ſequitur Ro-
86 ta *deciſ.*1170.*num:*2.*part.*3.*diverſ.* Et propterea
condemnatus ad reſtituendos fructus Canonica-
tus, & præbendæ cenſetur etiam condemnatus
ad reſtituendas diſtributiones quotidianas, ut
reſolvit ibi Mohed.dicens *nu:* 1, hunc eſſe com-
munem ſtylum,& practicam Rotæ, ut in cauſis
Beneficialibus ſuper Beneficiis Capitularibus
non fiat alia condemnatio niſi cum fructibus per-
ceptis; & ſub verbo *Fructibus* ſemper compre-
hendantur diſtributiones quotidianæ: & apud
Put.*d.deciſ.*383.*n* 5.*&* 6.*lib.*1.& *d.deciſ:* 618. *par.*
1.*diverſ.*Gonzal.& Gratian.*loc.cit.*
87 Nec obſtat quod diſtributiones quotidianæ
ſint mercedes ſervitii, & laboris diurni. (Quo-
niam,ut diſertis verbis reſpondet Caſſiador.*dict.*
*deciſ.6.numer.*1.*de præbend.* ſi Canonicus non eſ-
ſet Canonicus, aut non reputaretur pro Cano-
nico,procul dubio eos non habuiſſet; quia tan-
quam tali cum ſtallo in Choro, & loco in Capi-
tulo conceſſæ fuerunt. Unde quas abſque titulo
perceperat, tenebatur reſtituere. Idem ergo ſi
cum titulo reprobato, & ſine juris fomento,
quia hæc paria ſunt, l.*Nulla,ff. de Author. Tutor.*
cap.*Tua.de Cler. non reſid.* Facit etiam cap. *Con-*
*ſtitutus,de Procur.* ubi non eſt differentia, quod
non ſit conſtitutus Procurator, vel quod minus
ſufficienter conſtituatur. Et ita Abbas ibi col-
88 ligit.Pro hoc facit,quia negari non poteſt, quin
rem alienam contrectaverit furtum committen-
do, vel rapinam, ut dicitur in cap. *Dudum,*
89 *il ſecondo, de elect.* Sciebat namque, aut ſcire
debuit(cum juris ignorantia non relevet, l. *Le-*
*ges, C. de legib.*) quod non erant ſuæ, nec ei
debitæ diſtributiones,niſi eſſet inſtitutus, reg.1.
*de reg. jur. libro* 6. & quod vitioſè percipiebat,
quod Canon prohibet, cap. *unico. de eo qui mit.*
*in poſſeſſ.cauſ. rei ſerv. eodem libro.* Quodque ad a-
lium ſpectabant, l.*Cùm quærebatur, C.Unde vi,*&
90 neceſſe habebat injuſtè habita reſtituere. Quo-
niam non ſufficit hujuſmodi dæmonium agendo
pœnitentiam in ſola oratione, & jejunio ejice-
91 re,ut inquit Hoſtien.in d.cap.*Dudum,num:*17.&
illud de ſervitio perſonali non excludit, quin in
caſu d.cap.*unici.de Cleric.non reſid. lib.6.* cogatur
ad reſtitutionem diſtributionum,quarum domi-
nium non acquiſivit,nec ſuas fecit.Et idem eſſe
debet in omni caſu malæ perceptionis,non con-
ſiderato quod ſervivit,& laboravit; & quod os
bovis triturantis ligari non debuit cap. *Extir-*
*pandæ,poſt princ. de præben,* quia labor attenditur
ju-



à jure in habentibus legitimum ingreſſum, &
reſidentibus in caſibus, locis, & temporibus
permiſſis, non in prohibitis; alias præſtaret
peccandi occaſionem contra dict. cap.*unicum.de*
*eo qui mit.in poſſeſſ.* & l. 2. *cum ſimil. C. de indict.*
92 *viduit. toll.*) Hactenus verba Caſſadori in præ-
dicta deciſ. Quibus adde quod gerens negocia
mea me invito, mercedem prætendere non po-
teſt, quia nec expenſos repetit, licet utiliter
geſſerit,l.*fin, C.de negot.geſt.* facit text.in l.*Qui*
*aliena,* §. *Libertos,* & in leg. *Ex duobus, ff. Eo-*
*dem.*
93 Non obſtat text. in d. l. *Titio,ff.ad municip.*
*& de Incol.* quia loquitur in præſentatore,ſeu in-
timatore cujuſdam ſupplicationis, & ſic in nu-
do miniſterio facti, in quo nulla erat electa in-
duſtria perſonæ, ſed effectus operæ, prout illum
textum declarat Bald. in cap.*Ex parte,il ſecondo,*
*num:*15.*de reſcr.* Hæc de diſtributionibus perce-
ptis.
94 Quo verò ad percipiendas, tametſi Rota ſe-
mel,atque iterum cenſuerit malæ fidei poſſeſſo-
rem teneri reſtituere etiam diſtributiones quo-
tidianas, quas divinis intereſſendo percipere
potuiſſet etiam nulla præcedente proteſtatione,
ut refert Caſſador.in præal.eg *deciſ.6. num:*3.*de*
*præben.* Poſtea tamen cenſuit ſpoliatum prote-
ſtari debere,quod ſpoliator aut reſideat, & Di-
vinis interſit,aut poſſeſſionem dimittat.Et hanc
conſuetudinem Rota alias inſtar veterum Præ-
torum edicta interpretantium optima ratione
decrevit arg.l.*Tu autem ff.de juſt.& jur.* & intro-
duxit ad effectum, ut quis teneatur ad diſtribu-
tiones quotidianas, quas percipere potuiſſet, ut
de iis proteſtatio fieret, ut patet in dec.1170.
95 *num:*5.*part.*3.*diverſ.*Et hunc uſum poſtea ſemper
retinuit,videlicet, ut quoad diſtributiones per-
ceptas nulla requiratur proteſtatio, ſed tantùm
quoad illas, quæ percipi potuiſſent, ut clarè di-
ſtinxit in *deciſ.*618.*num:*1.*part.*1. *diverſ.* & apud
Put.*dicta d.*383 *lib.*1.& Coccin *d.deciſ.*21. & ſe-
quitur Gonzal.*ſuper reg.*8 *in proœm.*§.7 *numer:*
161 *verſ.Quarto limita.* Et pro his competit offi-
cium judicis,ut dicitur in dicta *deciſ.*1170.*num:*
2.& de percipiendis intelligi debent *deciſ.*262.
*num:*3.&*deciſ.*283.*num:*1.*part* 3.*recent.*Et quam-
vis in caſu Mohed.d.*dec.6.*ageretur de diſtribu-
tionibus perceptis, tamen ibi potius admiſit
proteſtationem non fuiſſe neceſſariam,dum *num:*
3.formaliter dixit: maximè quia iſte præſentans
litteras proteſtatus eſt, quod ſi non admittere-
tur,&c nam dictio *maximè* oſtendit idē juris eſ-
ſe ſi proteſtatus non fuiſſet.ad l.1.§. *Vel maximè,*
*ff.de collat.bonor.* & l.*Scire etiam oportet,* §.*Sed iſi*
*maximè.ff.de excuſat.Tutor.*
96 Alios caſus, in quibus non requiritur dicta
proteſtatio recenſent addentes ad Butat. *dec.*
694.*nu:*11.*&* 12.poſt Gonzal.§.7.*n.*160.*&* 161.
*in* 4.*&* 5.*limit.*
97 Circa tertium membrum principale videli-
cet quando quis à principio fuit bonæ fidei poſ-
98 ſeſſor, & ex poſt facto, effectus eſt malæ fidei,
Abb.*hic num:* 9. diſtinguit ſic: Aut ſupervenit
mala fides cum perſonarum mutatione, ut quia
hæres habet malam fidem,cùm defunctus habe-
ret bonam; & tunc hæres propter ſuam malam
99 fidem fructus ſuos non facit, hæc enim mala fi-
des ſuperveniens cum mutatione perſonarum
impedit fructuum acquiſitionem in eo, qui ſci-
ens cœpit rem alienam poſſidere,ut l. *Hæres ejus,*
*in princ.ff.de uſucap.*& l.*Quæritur,ff. de acquir. rer.*
*domin.*& tradit Bart.in d.l.*Et ex diverſo,num:*9.*ff.*
*de rei vendicat.*& hic notant Bellam.*nu:* 8. Butr.
*num:*12,*ad finem,*Imol.*num:*7.*Abb.d.num:*9.& Be-
ro.*num:*15.Menoch.*de recuper.poſſeſſ.remed.*16.*n.*
615.& nullus diſcrepat.
100 Aut mala fides ſupervenit abſque perſona-
rum mutatione; & tunc Doctores non conve-
niunt.Quidam enim arbitrantur eum, qui incœ-
pit bona fide poſſidere, indiſtinctè facere fructus
ſuos,ſive ſuperveniat mala fides vera; ut quia e-
mit rem ab eo; quem dominum reputabat, &
poſtea ſcivit eum non eſſe dominum, ſecundum
ea,quæ dicta ſunt ſupra *in* 2. *evidentiali, num:* 16.
ſive ſuperveniat mala fides præſumpta, quæ in-
ducitur per litis conteſtationem, juxta dicta in
eodem evidentiali, *num:*4. [illegible]
ſunt gloſſ.in l. *Qui ſcit,in ver.* [illegible]
*ſuris.* Item gloſſ. in leg. *Bona fides,* [illegible]
*deat,ff.de acquir. rer. domin.* & ita communiter
tenere gloſſam juris civilis teſtatur Abbas *hic*
101 *num:*9. *verſ. Quandoque mala fides ſupervenit.* Pro
qua etiam allegari poſſunt authores, qui ſimpli-
citer aſſerunt quoad fructuum acquiſitionem
ſolum initium eſſe ſpectandum inter quos nu-
merantur gloſſ.in d.l.*Et ex diverſo,in princ. in ver.*
*Non habendam,ad fin.ff.de rei vendicat.* Angel.ibi-
dem *num:*4,*verſ.Primum eſt,*Speculator *tit. de fruct.*
*& intereſſe,* §. *Sicut igitur, num:*3,*in princ.* Bald.
in d. l. *Qui ſcit,* §.*Bonæ fidei,num:* 1. Imol.in l.
*Neſennius,* §. *Fundum, num:*3. & ibi etiam Alex.
*num:*5.*in fin.& num:*7.& Jaſ.*num:* 3.*ff. de re judic.*
Idem Imol.*hic num:*7.& Anchar.*num:* 11.Angel.
*in* §.*Si quis à non domino,num:*4. & ibi Joan. Faber
*num:*1.*& ult.Inſtit.de rer.diviſ.*
102 Fundatur hæc opinio in d. l. *Qui ſcit,* §. *Bonæ*
*fidei,ff.de uſur.* ubi text dicit (Bonæ fidei emptor
ſcivit,& antequam fructus perciperet, cogno-
vit fundum eſſe alienum: an perceptione ſuos
fructus faciat,quæritur? Reſpondi: bonæ fidei
emptor quoad fructus percipiendos intelligi de-
bet quoad uſque fundus evictus fuerit) qui tex-
tus videtur apertè loqui non tantùm de mala fi-
de præſumpta, quæ inducitur per litis conteſta-
tionem, ut innuunt verba illa *evictus non fuerit;*
ſed etiam de mala fide vera, ut patet ibi, *cognovit*
103 *fundum eſſe alienum.* Et hoc poſito ille textus vi-
detur irrefragabilis.Ad idem text.in l.*Bonæ fidei,*
*ff.de acquir.rer.domin.* qui licèt loquatur de mala
fide præſumpta per litis conteſtationem; tamen
idem intelligit de vera,ut ibi,*Deinde cognoverit a-*
*lienam eſſe.*
104 Et quamvis Abbas *hic d.num:*9.dicat ſupradi-
ctam opinionem procedere de jure civili tan-
tùm. Sed de jure Canonico fortè dici poſſe, à
tempore malæ fidei ſupervenientis poſſeſſorem
non facere fructus ſuos,per cap. *final. de præſcript.*
& per regulam: *Poſſeſſor malæ fidei,ff.de regul.jur.*
105 *libro* 6. tamen hæc jura loquuntur in præſcriptio-
ne,in qua longè diverſa eſt ratio, quia per eam
acquiritur dominium irrevocabiliter, quod ab-
horret jus Canonicum ubi adeſt mala fides. At
in caſu hujus quæſtionis poſſeſſor à die superve-
nientis malæ fidei non acquirit fructus irrevo-
cabiliter,quia tenetur illos reſtituere ſecundum
omnes,ut dicam infra *numer.*110,meritò de hoc
ac-

acquiſitione momentanea , & ſine effectu jus
Canonicum non curat. Nec valet argumen-
tum ab acquiſitione ad uſucapionem , ſeu præ-
ſcriptionem , quia multi poſſunt acquirere,
qui tamen non poſſunt uſucapere , ſeu præſcri-
bere , ut in dicta l. *Bonæ fidei, §. In contrarium,*
*ff. de acquir. rer. domin.* & accuratè obſervat Bero.
*hic num:37.*
106 Alii verò, & fortè melius, tenent quoad fru-
ctuum acquiſitionem ſpectanda eſſe ſingula tem-
poris momenta ; adeo ut circa fructus perce-
ptos , & conſumptos tempore bonæ fidei judi-
candum ſit eodem modo, quo de poſſeſſore bo-
næ fidei : Circa perceptos verò, & conſumptos
tempore malæ fidei ſicut de poſſeſſore malæ fi-
dei. Et hanc opinionem tenuerunt plerique ex
recentioribus , & in ſpecie Petr. Loriotus in l.
*Fructus, col. penult. ff. de regul. jur.* Enguinar. Baro
in §. *Si quis à non Domino, inſtit. de rer. diviſ.* Joann.
Cop. *de fructibus lib. 2. tit. 4. cap. 5.* Covar. *var. reſo-
lut. lib. 1 cap. 3 num:7 verſ. In hoc tamen,* quos refert
& ſequitur Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. remed. 15*
*num:592* & *612,* & fuſius, *conſ. 595 num:11, &*
*ſeqq.* Joan. Garcia *de expenſ. cap. 23 num:13.* Petr.
Navar. *de reſtit. lib. 3 cap. 4 in nova edit. par. 3 dubio*
*1 num:144.* Molina *tom:2 de juſt. & jur. diſputat.*
*526 col. 4 verſ. Quando aliquid,* & *tom. 3 part. 2 di-
ſput. 725 num. 1 & 2.* & alii nonnulli, quos citat,
& ſequitur Sanchez *ſuper Decalog. tom: 1 lib. 2 cap.*
*23 num:151.* & eſt ex mente Rotæ *deciſ. 4 num: 1*
*de reſtit. ſpoliat. in novo,* ubi dicit bonæ fidei poſ-
ſeſſorem condemnandum eſſe ad reſtitutionem
fructuum perceptorum à die motæ litis , quia
tunc incipit habere malam fidem, nec facit fru-
ctus ſuos ; Sed ſi ab initio habuit malam fidem
ad reſtitutionem perceptorum à die occupatio-
nis, ſeu intruſionis. Et illam deciſionem ſequitur
Caputaq. *deciſ. 27 ſeu 1 par. 2:* & clarè eamdem
opinionem probavit *deciſ. 3 num:23 verſ. Secunda
aſſerebatur limitatio, par. 7 recent.* ubi etiam alle-
gat Peregr. *de fideicomm. art:49 num:150 & ſeqq.*
& Faccin. *controverſ. Foren. cap. 59 lib. 1* ubi con-
ciliat leges de quarum concordia deſperare di-
xerant Enguinar. Baro, & Covarru. *locis citatis:*
Pro quorum ſententia ſunt jura clara in cap. *Si
virgo, 34 quæſt. 1:* ibi ( Tamdiu quiſque bonæ fi-
dei poſſeſſor rectiſſimè dicitur, quamdiu ſe poſ-
ſidere ignorat alienum; cùm verò ſciverit, nec
ab aliena poſſeſſione receſſerit, tunc malæ fidei
poſſeſſor perhibebitur) & in l. *Qui bona fide, ff.
de acquir. rer. domin.* ibi( Tamdiu acquirit & quan-
diu bona fide ſervit) Cæterum ſi cœperit ſcire
eum alienum eſſe, vel liberum, videamus an ea
acquirat. Quæſtio in eo eſt, utrum initium ſpe-
ctemus, an ſingula momenta? & magis eſt, ut ſin-
gula momenta ſpectemus.
107 Sed difficultas eſt in concordandis juribus in
dicta l. *Qui ſcit, ff. de Vſur.* cum dicta l. *Qui bona fi-
de,* proximè citata, quæ adeo invicem pugnare
videntur, ut quidam exiſtimaverint nullatenus
conciliari poſſe affirmantes paſſim Juriſconſul-
tos obvaria judicia contraria reſpondiſſe lapſu
memoriæ eorum , qui tot Juriſconſultorum re-
ſponſa in Epitomem reduxerunt, ut dicunt En-
guinar. Baro, dicto §. *Si quis à non Domino, inſtit.
de rer. diviſ.* Covarr. *dicto cap. 3 num:5 verſ. Id
verò quod Julianus,* & Menochius varias reſolu-
tiones reprobans dicto *remedio 15 num: 614*

Placet tamen conciliatio , quam ponit , & pro-
lixè declarat Joan. Garcia *de expenſ. dicto cap. 23
numer. 16 cum tribus ſeqq.* quem ſequitur Pichar.
in dict. §. *Si quis à non Domino, num:8.* & Sanchez
*dict. cap. 75 num:153,* videlicet ut textus in dicta
l. *Qui ſcit* , in illis verbis : *cognovit fundum eſſe
alienum* : non loquatur de cognitione vera, ſed
de præſumpta ; & judiciali, ut innuunt verba il-
la , *evictus non fuerit.* Unde dum textus decidit
malam fidem non induci ex eo , quod poſſeſſor
cognoſcat fundum eſſe alienum , ſenſus eſt ut
non ex eo , quod cognoſcat fundum in judicio
peti tanquam alienum , & ſibi litem fuiſſe con-
teſtatam , conſtituatur in vera mala fide , ſed
tunc demum cùm fundus ille fuerit evictus. Nec
eſt novum in jure , ut poſſeſſor bonæ fidei poſt
litis conteſtationem dicatur cognoſcere, ſeu ſci-
re rem eſſe alienam, ut patet in l. 2. ibi (Ex eo
tempore, ex quo re in judicium deducta ſcien-
tia malæ fidei poſſeſſionis accipit) *C. de fructibus,
& lit. expenſ.* & l. *Sed & ſi lege, §. Si ante litem,*
ibi(cœpit enim ſcire rem ad ſe non pertinentem
poſſidere ſe is, qui interpellatur ) *ff. de petit. hæ-
redit.* cum ſimil. Text. verò in dicta l. *Qui bona
fide, ff. de acquiren. rer. domin.* loquatur de vera
cognitione quæ verè malam fidem inducit,
108 cum ibi de judicio, & lite nulla fiat mentio. Et
ex hoc intellectu collige malam fidem præſum-
ptam eo, qui prius erat bonæ fidei poſſeſſor, ori-
ri poſt rem in judicium deductam , ſeu litem
conteſtatam. Quod latius explicabimus infra
*num:110.* Sed malam fidem veram non oriri ni-
ſi poſt rem in judicio evictam per ſententiam,
ſeu rem judicatam. Quod nota ad declarationem
eorum , quæ ſunt dicta ſupra in ſecundo eviden-
tiali, *num:37 & ſeqq.*
109 Non obſtat text. in dicta l. *Bonæ fidei, ff. de ac-
quir. rer. domin.* quia in illis verbis, puto veren-
dum, ne non ſit bonæ fidei poſſeſſor, non loqui-
tur ponendo, ſed opponendo, ut intelligunt gloſ-
ſæ, & Abb. *hic num:9.*
110 Sed quicquid ſit de veritate harum opinio-
num, concluſio eſt in jure certiſſima , & ab au-
ctoribus utriuſque ſententiæ concorditer rece-
pta, quod bonæ fidei poſſeſſor tenetur , & cogi
debet reſtituere fructus induſtriales, qui ad eum
pervenerint à die motæ litis , & non modo ex-
tantes, de quibus nulla eſt dubitatio , ſed etiam
conſumptos. Conſtat ex l. *Certum, C. de rei vendi-
cat.* ubi dicitur (Certum eſt malæ fidei poſſeſſo-
res omnes fructus ſolere cum ipſa re præſtare;
bonæ fidei verò extantes; poſt litis conteſtatio-
nem univerſos , & ex l. 1. §. *Poſt litem, C. de petit.
hæredit.* & ex l. 5. juncta gloſſa *in ver. edita, ff.*
111 *de interdict.* Rationem aſſignat text. in l. *Sed
& ſi lege, §. Si ante litem, ff. de petit. hæredit.* ibi
(Quoniam poſt litem conteſtatam omnes inci-
piunt malæ fidei poſſeſſores eſſe ; quinimò poſt
controverſiam motam , quamquam enim litis
conteſtatæ mentio fiat in Senatu conſulto, tamen
& poſt motam controverſiam omnes poſſeſſo-
res pares fiunt, & quaſi prædones tenentur , &
hoc jure hodie utimur; Cœpit enim ſcire rem ad
ſe non pertinentem poſſidere ſe is , qui interpel-
latur) & in l. *Nemo ambigit, C. de acquiren. poſſeſſ.*
ibi (Interpellatione verò , & controverſia pro-
greſſa non poſſe eum intelligi poſſeſſorem, qui
licèt poſſeſſionem corpore teneat, tamen ex in-
ter-



terpoſita conteſtatione , & cauſa in judicium
deducta ſuper jure poſſeſſionis vacillet, ac dubi-
tet, & in l. 2. ibi: Ex eo tempore , ex quo re in
judicium deducta , ſcientiam malæ fidei poſſeſ-
ſionis accepit, *C. de fruct. & lit. expenſ.* & tenent
in præcitatis juribus gloſſ. & communiter ſcri-
112 bentes. Et hæc eſt præſumptio juris, & de jure,
adeo ut quantumvis juſtam cauſam quis liti-
gandi habuerit, à mala fide, & fructuum reſti-
tutione non excuſetur, ut probant jura prælle-
gata, & notat Bero, *hic numer. 27 in fin.* Quare
hunc ſtylum condemnandi bonæ fidei poſſeſſo-
res ad reſtituendos fructus etiam conſumptos à
die motæ litis, quia tunc incipiunt habere ma-
lam fidem , & excitantur ad inquirendum de
juribus ſuæ poſſeſſionis, indifferenter ſervat Cu-
ria Romana, & univerſa Orbis Tribunalia. Ro-
ta *deciſ. 4. num: 1. de reſtit. ſpoliat. in noviſſ.* ubi di-
cit hoc eſſe veriſſimum , & ſervari in Palatio,
Caſſador. *deciſ. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Jo-
ann. Paul. *deciſ. 36, & 120.* Caputaq. *deciſion. 27.
ſeu 1. part. 2.* Seraph. *deciſion. 835. num: 1.* Gre-
gor. XV. *deciſ. 74. numer. 1.* Caval. *deciſ. 409. nu-
mer. 5.* Rota *deciſ. 3. numer. 1. part. 7. recent.* Et in
*Mediolanen. Fructuum, 26. Maii, 1589.* coram Car-
dinali Platto apud Marcheſ. de Commiſ. *part. 1
fol. 206.* & aliàs paſſim. Quem ſtylum retineri e-
tiam à Conſilio Neapolitano teſtatur Afflict.
*deciſ. 46 num: 2.* & à Rota Bononien. Benintend.
*deciſ. 20 per totam,* Cabal. *conſ. 163 num. 32.* Nec
non in Regia audientia Cataloniæ Peguer, *deciſ.*
178. & Cancer. *var. reſolut. part. 3 cap. 16 num:67*
& de aliis Tribunalibus atteſtatur Surdus *conſil.*
293 *num:8* & *conſ. 514 num: 5.* Fachin. *conſ. 50.
num: 3. lib. 3.* quos refert , & ſequitur Rota *dicta
deciſ. 3. n: 1. part. 7. recent.*
113 Sed dices ; Quid prodeſt ut poſſeſſor malæ fi-
dei præſumptus efficiatur Dominus fructuum,
ſi nihilominus tenetur eos reſtituere ? Reſpon-
det Paulus de Caſtro in l. *Si fundum, numer. 3.
verſ. Et ſi dicatur, C. de rei vendicat.* quia poteſt
eos alienare , & emptor non poterit ſuper eis
moleſtari ab ipſo , qui eſt Dominus rei ut nota-
tur per Joan. Andr. in cap. *Conſultationibus, de ju-
repatr.*
114 Procedit autem concluſio ut ſupra firmata
non tantùm in fructibus perceptis, ſed etiam in
iis, qui percipi potuerunt ; nam omnes veniunt
reſtituendi à die motæ litis, ut eſt text. in l. 2. C.
*de fruct. & lit. expenſ.* ibi (Nec tantùm fructuum
præſtationem eorum , quos ipſe percipere po-
tuiſſet, non quos redegiſſe conſtat, exſolvat eo
tempore , ex quo re in judicium deducta ſcien-
tiam malæ fidei poſſeſſionis accepit) & ibi no-
tat gloſſ. in ver. *Accepit,* dicens (Nota, quod
poſt litem conteſtatam efficitur aliquis malæ fi-
dei poſſeſſor quoad hoc , ut teneatur de fructi-
bus perceptis, & percipiendis) Item gloſſ. magna
in l. *Et ex diverſo, ante fin. verſ. Si verò ſit malæ fi-
dei, ff. de rei vendicat.* Rota poſt alios *deciſ. 1170.*
115 *num: 1. part. 3. diverſ.* Hoc tamen videtur intelli-
gendum ſi ſit ſine titulo: nam ſi titulum habeat,
poſt litem conteſtatam tenetur tantùm de per-
ceptis, non autem de percipiendis, quia ab his ti-
tulus eum excuſat, ut declarat præcitata gloſſ.
*ad fin. verſ. Si verò cum titulo,* & patet ex dictis ſu-
pra *num: 71.* Nam ſi malæ fidei poſſeſſor verus
116 cum titulo non tenetur de percipiendis , ut ibi

dixi , longè minus tenetur malæ fidei poſſeſſor
præſumptus per litis conteſtationem, niſi tamen
occupaverit beneficium lite pendente , ut per
Rotam *deciſ. 5 de reſtit. ſpoliat in novis.*
117 Rurſus procedit prædicta concluſio non tan-
tùm in fructibus , ſed etiam in diſtributionibus
quotidianis: nam bonæ fidei poſſeſſor à tempo-
re controverſiæ motæ tenetur reſtituere non ſo-
lum perceptas, ſed etiam quas percipere potuiſ-
ſet, & ita bis judicavit Rota teſte Caſſador. *de-
ciſ. 6. numer. 3. de præben.* quem ſequitur Rota in
prællegata *deciſ. 1170. numer: 1. in fin. part. 3. di-*
118 *verſ.* Licèt quoad percipiendas neceſſaria ſit pro-
teſtatio ut ibi reſolvit Rota *num: 5.* & conſtat ex
dictis ſupra *num:49.*
119 Demum procedit eadem concluſio poſt litem
motam dumtaxat: ante motam litem Rota non
conſuevit regulariter condemnare poſſeſſorem
fructuum, ut dicunt deciſiones ſupra citatæ *num:*
120 112. Et ad hoc non requiritur bona fides poſitiva,
neque titulus verus , ſed ſufficit abeſſe malam fi-
dem, & titulum putativum , vel etiam nullum
adeſſe, l. *Sed & ſi lege, §. Scire,* & ibi DD. commu-
niter, *ff. de petit. hæredit.* & præſertim Bart. *num:4.*
Bald. *num:1.* Caſtr. *num. 7.* Curt. Sen. *conſil: 71. nu:*
14. Soccin. Jun. *conſ. 67. num:60. lib. 1.* & alii, quos
ſequitur Rota dicta *deciſ. 3. num:4. part. 7. recent.*
121 Dixi *regulariter,* quia fallit hæc regula in ſex ca-
ſibus, in quibus ſit condemnatio ad fructus per-
ceptos ante motam litem.
Primò enim fallit in eo; qui fuit in mala fide
ante litam motam, ut quia ſe intruſit in benefi-
cio , tunc enim condemnatur ad reſtitutionem
fructuum perceptorum à die occupationis , ſeu
intruſionis. Rota *deciſ. 7. de reſtit. ſpoliat. in novis,*
Caputaq. *dicta deciſ. 27. part. 2.* & præcitata *deciſ.
3, num: 23. verſ. Secunda aſſerebatur limitatio, part.
7. recent.*
122 Secundò fallit quando fructus percepti à bo-
næ fidei poſſeſſore ante motam litem adhuc ex-
tant , aut ſi ſunt conſumpti, ex iis tamen poſſeſ-
ſor factus eſt locupletior ; tunc enim ſunt reſti-
tuendi, vel eorum æſtimatio, ut aliis relatis fir-
mat Rota in prædicta *deciſ. 3 num: 38 part. 7. re-
cent.* Sed hæc limitatio non tranſit ſine difficul-
tate, & opinio magis communis gloſſarum , &
antiquorum eſt in oppoſitum , ut dixi ſupra *nu-
mer. 60.*
123 Tertiò fallit , quando fructus petuntur non
tanquam acceſſorii ad aliquam rem principali-
ter in judicium deductam, in quibus terminis lo-
quuntur deciſiones prællegatæ , ſed agitur ad
ipſos fructus tanquam ſortem principalem , &
capitale de per ſe, ut in penſionibus, & annuis
præſtationibus : tunc enim ſit condemnatio ad
fructus perceptos à die occupationis , ſeu ſpolii,
ut perpetuò Rota in terminis penſionum, & an-
nuarum præſtationum diſtinxit, & in ſpecie co-
ram Cardinali Paleotto in *dec. 689. par. 3 diverſ.*
& coram Cardinali Platto in dicta *Mediolanen.
fructuum 26 Maii 1589* apud Marcheſ. de Com-
miſ. *par. 2 fol. 206,* & coram Gypſio in Cæſarau-
guſtana penſionis, *15 Maii 1580.* quæ eſt *deciſion.
176 num:6 part. 4 diverſ.* & coram Cardinali Se-
raph. *deciſ. 1168 num: 3.* & coram Cardinali Sa-
crato in *Calaguritana liquidationis, 4 Maii 1611.* a-
pud eundem Mandoſ. *par. 1. fol 988 nu: 2 ad fin.* &
124 *in recent. deciſ. 317 nu: 13 par. 1.* & coram Burat. *de-
ciſ.*

*ciſ.289.num:*11.ubi atteſtatur de ſtylo Rotæ da-
ri manutentionem pro terminis decurſis etiam
ante motam litem quando ad illos principaliter
agitur, juxta præallegatam *deciſ.* 5. Paleotti, &
Seraphini & coram S.D.N. Innocentio X. in *To-
letana penſionis* 26. *Februarii*, 1618. & noviſſimè
coram Merlino in *Mediolanen. penſionis die* 6. *Iu-
nii* 1633. Et in eadem 19. *Ianuarii* 1635. quæ eſt
d. *deciſ.*3. *à num:*6. *uſque ad num:*23. *par.*7. *recent.*
ubi aliæ concordantes allegantur, & tenet Gig.
*de penſ. quæſt.*47. *num:*8.

Ratio eſt, quia cùm ipſæmet penſiones judi-
cio poſſeſſorio petantur, non poteſt dici facta
plenaria reſtitutio juxta propoſitam actionem,
niſi ſolvantur omnes in præteritum ſubtractæ,
ut declarat Innoc. in cap. *Querelam, num:*3. *verſ.
Et nota, de elect.* & Rota *in d. Mediolanen. fructuum*
coram Platto. Et quemadmodum ſi petatur fun-
dus, & ad illius reſtitutionem reus condemne-
tur, totus eſt reſtituendus, alioquin non dicere-
tur reſtitutum totum, & integrum capitale: ita
dicendum in penſionibus, annuis legatis, & re-
ditibus, quia non tanquam fructus acceſſoriè
ad fundum, vel ſubjectum diſtinctum, ſed prin-
cipaliter tanquam ſors petuntur, & debentur
non ex mora, aut ex cauſa malæ fidei, ſed jure
dominii, vel actionis, ut in dicta *deciſ.*3. *num:*7.
125 *part.*7. *recent.* Et in ſpecie in legatis annuis quod
debeantur decurſa nedum ante motam litem,
ſed etiam ante apertas tabulas, & aditam hære-
ditatem, ſtatimque à die mortis teſtatoris legan-
tis, eſt text. apertus in l. *Nec ſemel in princ. verſ. I-
dem Celſus, & verſ. ſeq.* & ibi gloſſ. in ver. *Omnium,
ff. Quando dies legati cedat*: quem ad hoc ponde-
126 rat Rota in *ead. deciſ.*3. *num:* 8. Quinimo hoc lo-
cum habet etiamſi hujuſmodi legatum ipſi Le-
gatario ignotum fuerit: nam adhuc debentur
termini omnes decurſi, ut reſpondit Bald. *conſ.*
235. *Bartholomæus legavit, per totum, libro* 1. Bi-
mius *conſ.*230. *numer.*51. *libro* 2. & per illum tex-
tum fuit judicatum in Conſilio Neapolitano,
127 teſte Vincentio de Franchis *deciſ.*634. Et gene-
raliter in omnibus fructibus, qui conſiderantur
de per ſe, & principaliter, ut alimenta, & annuæ
præſtationes, quæ ſortem, & capitale conſtituunt
non autem ſunt acceſſiones alterius ſortis, ne-
que producti ab alio capitali diſtincto, quod de-
beantur etiam decurſi ante petitionem, & inter-
pellationem, deducitur ex l. *Libertis*, §. *Manumiſ-
ſis, ff. de alim. & cibar. legat.* & ibi notat Bart. *in*
6. *oppoſ. num:*2. ubi rationem aſſignat; quia non
tanquam uſura, ſed tanquam ſors conſiderantur;
& ſequuntur Franch. *dict. deciſ.*634. *ad fin.* Socin.
Sen. *conſ.* 41. *In præſenti conſultatione, numer.*8.
*libro* 4. & alii allegati in d. *deciſ.*3. *num:*12. *part.*7.
*recent.*

128 Circa quartum & ultimum membrum prin-
cipale, videlicet quando quis à principio fuit
129 malæ fidei, ſed ex poſt facto fuit effectus bonæ
fidei, duo caſus ſunt diſtinguendi ſecundùm
Abb. *hic num:* 10. ut in mala fide diſtinctum eſt
ſupra *num:*98.

130 Primus caſus eſt, cùm ſupervenit bona fides
cum perſonarum mutatione. Et hoc caſu ſub-
diſtinguendum eſt: nam aut perſonæ hujuſmo-
di in univerſum jus ſuccedunt, & perſonam,
cui ſuccedunt repræſentant, prout contingit
quando defunctus fuit malæ fidei, & ei ſucceſſit
hæres, qui rei alienæ ſcientiam non habuit, ſed
131 credidit defunctum eſſe dominum: & tunc di-
cta bona fides non prodeſt hæredi ad fructuum
acquiſitionem; quoniam cùm ſuccedat jus om-
ne defuncti, & in omnibus ejus perſonam repræ-
ſentet, ut in Auth. *de jurejur. à morien. præ-
ſtit.* ſequitur, ut ſuccedat quoque in vitium, ac
malam fidem defuncti, quæ propterea ſibi e-
132 tiam nocet, ut eſt text. in l. 2. C. *de fruct. & lit. ex-
penſ.* poſteaquam ſtatuit poſſeſſorem poſt litem
conteſtatam teneri de fructibus perceptis, &
percipiendis, immediatè ſubjungit (hæredis
quoque ſuccedentis in vitium par habenda for-
tuna eſt.) Et in l. *Cùm hæres, ff. de diverſ. & tempor.
præſcript*, ubi Papinianus ait: (Cùm hæres in Jus
omne defuncti ſuccedit, ignoratione ſua defun-
cti vitia non excludit) & infra: nec enim defen-
detur, cùm exordium rei bonæ fidei ratio non
tueatur: & in terminis noſtris voluit gloſſ. in
l. *Sequitur*, §. *Fructus, in ver. Non fuerint, ff. de
uſucap.* reddens rationem, quia hæres vitiorum,
& culpæ defuncti eſt ſucceſſor, l. *Si ergo*, §. *Sed
hæres, ff. de publician. in rem action.* & dict. l. *Cùm*
133 *hæres.* Et quia defunctus, qui erat malæ fidei,
fructus percipiendo commiſit furtum, cùm rem
alienam contrectaverit invito, ſeu ignorante
domino; ac proindè nec ipſe, nec illius hæres
illos uſucapere ullatenus poteſt, ut l. *Sequitur*,
134 §. *Quod autem*, quod ſi non poteſt uſucapere,
ergò longè minus acquirere, ut d. l. *Bona fidei*,
§. *In contrarium, ff. de acquir. rer. domin.* Idem
firmat Bart. in l. *Et ex diverſo, in princ. num:*12.
*ff. de rei vendicat.* Abb. *in d. num:*10. & Bero. *num:*
38. Ruin. *conſ.* 50. *Super themate, num:*12. *vol.*5.
Socinus *regul.* 250. *malæ fidei poſſeſſor, ſi quis à
principio fuerit; in* 3. *fallentia.* Afflictus *deciſ.*
240. *num:*10. ubi refert, quemdam hæredem à
Conſilio Neapolitano condemnatum fuiſſe ad
reſtitutionem fructuum ad exonerandam con-
ſcientiam defuncti. Socin. Jun. *conſ.*182. *Anno præ-
terito, numer:*28. 29. *&* 30. *vol.*2. Menoch. *de
recuper. poſſeſſ. remed:*15. *numer.*617. quicquid
in oppoſitum levibus rationibus ſcripſerit Joan.
Copus *in tract. de fruct. libro* 2. *titul.*4. *cap.*3. *in
fine.*

135 Aut perſonæ, quæ in jus alterius ſuccedunt,
non repræſentant in omnibus perſonam, à qua
cauſam habuerunt, nec ab ea habent cauſam
univerſalem, ſed particularem, ſeu ſingularem,
ut ſi quis à malæ fidei poſſeſſore emerit, aut do-
no acceperit non bona fide: & tunc talis bona
fides in ſucceſſore ſuperveniens prodeſt ad fru-
ctuum acquiſitionem, nec inſpiciendum eſt ex-
ordium perſonæ, à qua cauſam habuit, quia in
illius vitium non ſuccedit, ut colligitur ex di-
cta l. *Si ego*, §. *Partus, ff. de publico, in rem action.*
ubi text. conſtituit differentiam inter ſucceſſo-
rem ſingularem, & univerſalem: & ibi hoc te-
nuit gloſſ. *in ver. Sed hæres*, Abb. *hic num.*10. *verſ. Et
idem dicit in alio*: & Bero. *d. n.* 38. *verſ. Et ex prædi-
ctis*; Menoch. *ubi ſupra n.*120.

136 Et ex prædictis infertur, ut quod dictum eſt
de hærede, qui ſuccedit in vitium authoris, mi-
nimè locum habent in ſucceſſione Prælaturæ,
quia ſucceſſor Prælatus non dicitur ſucceſſor u-
niverſalis ſui prædeceſſoris, nec illius perſonam
repræſentat, ut cap. *final. Ne Prælati vices ſuas*, cum
ibi not. & ideo quamvis prædeceſſor fuerit in





mala fide, & fructus acquirere non potuerit; ta-
138 men Prælatus ſucceſſor, qui eſt in bona fide, fru-
ctus ſuos facit, quia licèt in Prælatura, ſeu in il-
lius jure univerſaliter ſuccedat, non tamen ſuc-
cedit in jus ipſius Prælati prædeceſſoris; quo-
niam jus ſuum non cauſat, neque conſequitur à
defuncto, ſed à Superiore ipſum inſtituente;
ideoque inſtituens, & conferens dignitatem &
Prælaturam Eccleſiaſticam dicitur illi donare, &
ab eo tanquam à donatore dicitur jus provenire,
ut cap. *Relatum*, cum ibi notatis: & cap. *Inter cæ-*
139 *tera, de præben.* Et ideo ſucceſſor in Prælatura
poteſt præſcribere, & bonam fidem habere, &
conſequenter fructus acquirere, quamvis præ-
deceſſor hoc non potuerit, & malam fidem ha-
buerit: quare mala fides prædeceſſoris Prælati
non nocebit ſucceſſori, qui in vitium, & cul-
pam prædeceſſoris ſuccedere non dicitur, ut
not. in cap. *De quarta, de præſcript.* & in cap. *Cu-
ra, de jurepatr. in fine gloſſæ magnæ*: & habetur in
cap. *Si diligenti, de præſcript.* & per Dyn. in cap.
*Poſſeſſor, de reg. jur. lib.*6. & ſequuntur *hic* Abb.
*dicto n.* 10. *verſ. Secus puto in Prælato*, & Bero.
*n.* 39.

140 Secundus caſus eſt, quando bona fides ſuper-
venit ſine mutatione perſonarum: & hoc caſu
ſimiliter ſubdiſtingue: nam quandoque ſuper-
venit ex juſta, & legitima cauſa putandi ſe bonæ
fidei poſſeſſorem; & tunc bona fides ſuperve-
niens prodeſt ad acquiſitionem fructuum, nec
ſpectandum eſt initium poſſeſſionis malæ fidei,
ſed bonæ fidei ſupervenientis ex juſta, & legiti-
ma cauſa: nam à tempore ſupervenientis bo-
næ fidei poſſeſſor incipit acquirere fructus poſt-
ea perceptos, non autem antea perceptos tem-
141 pore poſſeſſionis malæ fidei. Quandoque verò
nulla ſupervenit juſta cauſa, ſed poſſeſſor ſolâ
cogitatione exiſtimavit eſſe bonæ fidei; & tunc
talis ſimplex cogitatio bonæ fidei nihil opera-
tur, nec efficit, ut quoad juris effectus poſſeſſor
dicatur eſſe bonæ fidei, quia ſine juſta & legiti-
142 ma cauſa ſuperveniente nemo poteſt mutare ſi-
bi cauſam poſſidendi, l. *Non ſolum*, §. 1. *ff. de uſucap.*
l. *Cùm nemo*, cum ibi not. *C. de acquir. poſſeſſ.* & l.
3. §. *Illud, ff. eod.* l. *Sed tantùm ex juſta cauſa, & le-
gitimo titulo*: & ideo poteſt incipere illud uſu-
capere, quod priùs non poterat propter malam
fidem, quam habebat, ut in citatis juribus: & in
hac diſtinctione reſident *hic* Abbas *num.* 10. *verſ.
Quandoque ſupervenit*, & Bero. *n.*40. *verſ. Secun-
da ſit concluſio*, & *n.* 41. & eſt ex mente Bart. in
d. l. *Sequitur*, §. *Fructus, circa medium, ff. de uſucap.*
Et ex his expedita ſunt quatuor membra ſupe-
riùs propoſita.

## DE RESTITVTIONE Spoliatorum.

### *Cap. Literas.*

1 LITERAS. Si contra petentem re-
ſtitutionem conjugis opponatur conſan-
guinitas in gradu prohibito, & offeran-
tur probationes paratæ, recepto ab opponen-
te juramento de malitia, negabitur reſtitu-
tio quoad thorum, & fiet quoad reliqua. Si ve-
rò probationes promptæ non ſint, fiet plena re-
ſtitutio, niſi ſit magna viri ſævitia. Hoc dicit
ſecundùm Jo. Andr. & omnes; & ſunt duæ par-
tes principales. Prima ponit thema, & conſul-
tationem. Secunda reſpondet, ibi, *Sanè*, & hæc
ſubdividitur, ut per eum.

Pro intellectu hujus Decretalis vide quod
ſcripſi in c. *Ne innitaris, n.*399. *& ſeq. ſuprà de con-
ſtitut.*

## DE PROBATIONIBVS.

### *Cap. Ex Epiſtolæ.*

*SVMMARIVM.*

1 *Reus actori ſua propria inſtrumenta edere non tenetur.*
2 *Imperator in cauſa cum ſuo ſubdito in temporalibus ſubeſt Papæ tantum, non autem inferiori; in ſpiritualibus verò ſubeſt etiam Epiſcopo ſuo.*
3 *Pacta inita à Principe cum ſubdito ſervanda ſunt etiam per ſucceſſorem.*
4 *Reges multi ſunt, qui Superiorem in temporalibus non recognoſcunt.*
5 *Species extracta de genere non perimit genus.*
6 *Obſequiorum neceſſitas ſubjectionem arguit.*
7 *Princeps legem facit tanquam Princeps; contractum verò tanquam privatus. & n.*23.
8 *Contractus etſi ab initio ſint voluntatis, tamen poſt factum etiam cum Principe ſunt neceſſitatis. & n.* 23.
9 *Camera an poſſit redimere officia, & loca montium pro pretio, quo in prima erectione vendita fuerant, vel potius pro pretio ultimarum venditionum. & n. ſeq. uſq. in fin.*
10 *Pactum de redimendo in Bullis erectionis officiorum non apponitur expreſsè, ſed ſupponitur redimendi facultas.*
11 *Emptor in redemptione officij recuperare debet nedum pretium, ſed etiam pretij acceſſionem.*
12 *Pretij acceſſio eſt ejuſdem naturæ cum principali.*
13 *Eccleſia, & pupillus tenentur in eo, in quo facti ſunt locupletiores.*
14 *Clauſula*, rebus ſic ſtantibus, *ſemper in contractibus ſubintelligitur.*
15 *Idem in privilegijs.*
16 *Pretium inſpicitur de tempore venditionis, non autem promiſſionis de vendendo.*
17 *Loca montium ceſſante pacto de redimendo, an poſſint per Cameram redimi, & n. ſeq. uſq. in fin.*
18 *Privilegium conceſſum ex cauſa oneroſa non poteſt per Principem revocari.*
19 *Privilegia Auditoribus Rotæ conceſſa in remunerationem laborum ſunt irrevocabilia.*
20 *Contractus à Principe initus etiam cum ſubditis irrevocabilis eſt.*
21 *Quod maximè procedit in Principe Eccleſiaſtico.*
22 *Deus quoque ex ſua promiſſione obligatur.*
23 *Imperator, vel Papa nec de plenitudine poteſtatis poſſunt contravenire contractui.*
24 *Idem in ſucceſſore.*
25 *Nihil eſt quod lumine clariore præfulgeat, quàm*

*recta fides in Principe.*
26 *Princeps ſi poſſet invicè contractum à ſe initum infringere, careret hominum commercio in contrahendo.*
27 *Pœna maxima eſt inter homines eſſe, & hominum carere commercio.*
28 *Contractus omnes, qui à Principe celebrantur, habent naturam bonæ fidei.*
*rinceps debet habere unum calamum, & unam linguam, & eſſe immobilis ſicut lapis angularis, & polus in cœlo.*
30 *Princeps etſi ſolutus ſit legibus, tamen à naturali ratione & æquitate, quæ contractibus ineſt, non eſt ſolutus.*
31 *Papa contrahendo obligatur jure naturali, à quo ſurgit equitas obligationis.*
32 *Contractus ratione conſensûs ſunt de jure naturali, cui etiam Princeps ſubjicitur.*
33 *Regularium conceſſio non valet in præjudicium Succeſſoris, niſi ſint ſolita concedi per Principem.*
34 *Princeps ex juſta & rationabili cauſa reſpiciente publicam utilitatem poteſt contractum reſcindere; & cauſa præſumitur in Principe.*
35 *Declaratur procedere ſi publica utilitas aliàs haberi non poſſit, quàm ſi auferatur tertio jus quæſitum ex contractu.*

1 EX EPISTOLÆ. Reus actoris ſua propria inſtrumenta edere non tenetur. Hoc dicit: Dividitur in duas partes. In prima petitio. In ſecunda ipſius repulſio, ibi, *ſed ad hoc.*

2 Nota primò ex text. in cauſa inter Imperatorem & ſubditum ejus, Papam eſſe judicem, & non inferiorem, quia Imperator alium non recognoſcit. Quod eſt verum in temporalibus ſecundùm Butr. & Imol. *hic.* Sed in ſpiritualibus ſubeſt etiam Epiſcopo ſuo, c. *Novit, ſuprà de Iudic.* c. *Epiſcopi, 11. q. 3.*

3 Secundò nota ibi, Inter Juſtinianum Principem, & Prædeceſſores ſuos pacta inita inter Imperatorem cum ſubdito ſervanda eſſe etiam per Succeſſores, prout hunc textum ad hoc allegat Cyn. in leg. *Digna vox, C. de legibus,* & notant hic Joan. Andr. Butr. Card. Felin. Dec. & alij com-
4 muniter. Sed communis intellectus videtur obſtare, quòd non apparet Regem Tancredum fuiſſe ſubditum Imperatoris; & multi ſunt Reges non recognoſcentes Imperatorem, ut de Rege Francorum eſt textus in cap. *Per venerabilem,* ibi, (Cùm Rex Superiorem in temporalibus minimè recognoſcat,) *infrà, qui filij ſint legitimi,* Et quamvis gloſ. verbum illud, *recognoſcat,* intelligat de facto, & non de jure; tamen contra eam tenet ibi Innoc. *n. 3. in ver. Recognoſcat,* & Hoſt. *num. 6.* Vincent. & Joan. de Deo in c. *Etſi neceſſe, de donat.* Spec. *in tit. de appellat. §. Nunc tractemus.* Et de Rege Hiſpaniæ tradit gloſ. *penult.* in c. *Hadrianus, 63 diſtinct.* dicens Hiſpaniæ Reges non ſubeſſe Imperio, quia Regnum ab hoſtium faucibus ſuo ſanguine eruerunt, Oldrad. *conſ. 69. Conſuevit, n. 9.*

At reſpondetur, cùm Imperator de jure in temporalibus ſit Dominus totius mundi, l. *Deprecatio, ff. ad l. Rhod. de jact.* Regem Vinceſtriæ, de quo textus loquitur, cenſeri ſubditum Imperatoris, quamdiu non apparet de exemptione, ut obſervat Barbat. in cap. 1. *col. 13.* & poſt eum
5 Dec. *ibi n. 21. de Conſtitut.* facit quod not. Bellam. *conſ. 42. Dominus Hugo, n. 8. 9. & 10.* ubi ait, Imperatorem non deſinere eſſe univerſalem ex eo, quòd Rex Franciæ, & alij Reges eum non recognoſcant, quia ſpecies extracta de genere non perimit genus. De quo tamen vide plenè per Oldrad. *conſil. 69.* incip. *Conſuevit dubitari an omnes Reges & Principes debeant de jure ſubeſſe Imperato-*
6 *ri, per tot.* Adde hanc ſubjectionem Regis inſinuari hic in textu, quia ſecundùm expoſitionem gloſſ. & DD. in pactis initis cum Juſtiniano Principe continebantur quædam obſequia Imperatori exhibenda à Prædeceſſoribus Regis, & ab ipſo: obſequiorum autem neceſſitas ſubjectionem arguit, cap. *Eccleſia S. Mariæ in princip. de Conſtit.* Præterea ſecundùm Dec. *loco citato,* etſi non conſtaret de ſubjectione Regis; tamen ratio naturalis conſenſûs, ob quam Princeps tenetur ad obſervantiam contractûs, æquè militat ſi contractus celebretur cum ſubdito, ac ſi cum alio.

Deinde contra communem intellectum videtur obſtare, quòd cùm Princeps ſit ſolutus legibus, leg. *Princeps, ff. de leg.* & leg. *Digna vox, C. eodem,* non videtur obſtrictus ad obſervantiam contractûs, cùm potentius ſit jus ſtatuti, quàm pacti, Bart. in l. *Alia, §. Eleganter, ff. Solut. matrimon.*

7 Cæterùm reſponderi poteſt, militare diverſam rationem, quia legem facit tanquam Princeps, cui ſoli talis facultas competit, l. *fin. C. de legib.* Sed contractum facit tanquam privatus, quia utitur jure communi, & non conſideratur ut Princeps, ut per Dec. *hic n. 16.* & in d. c. 1. *n. 22. de Conſtit.* Item Deus ſubjecit Imperatori leges, & non contractus, ut Bald. inquit in c. 1. *de natura feudi.* Item ſine injuria beneficium ſuâ præviſione quæſitum alicui tolli non poteſt, licèt ſecus ſit in proviſione legali: Hinc dicitur, lex non tuum, ſed ſuum tibi denegat auxilium, ut not. in l. *Aſſiduis, C. Qui potior, in pign. habeant.* Ita Anchar. *conſ. 2. Vt tactum eſt, n. 4.* Stante igitur rationis diverſitate non procedit hoc caſu argumentum de lege ad contractum, ut not. in l. *Non impoſſibile, ff. de pactis.*

8 Stat igitur concluſio, quòd Princeps obligatur ex contractu inito etiam cum ſibi ſubjectis: nam etſi ab initio contractûs ſint voluntatis, tamen poſt factum etiam in Principe ſunt neceſſitatis, ut ait Chriſtophor. Caſtilion. *conſil. 8. in facto n. 21.*

9 His expeditis, QUÆRO, poſitis Bullis Officiorum, & Montium vacabilium, in quibus adeſt pactum de redimendo: & poſito quòd tandem Officia, & loca Montium ſæpius vacantia per obitum, aut alio modo à Camera Apoſtolica majori pretio, quàm in primæva erectione vendita fuerint. An vigore dicti primi pacti poſſit Camera Apoſtolica redimere officia, & loca Montium prædicta pro illo pretio, quo in prima erectione vendita fuerunt, vel potius pro pretio ultimarum venditionum.

Secundò poſitâ erectione Montium tam vacabilium ſuper reditus Cameræ Apoſtolicæ: & quòd in illorum erectionem non adſit aliquod pactum de redimendo, vel de non redimendo: An loca Montium prædicta redimi poſſint à Camera Apoſtolica.

In prima difficultate ſupponitur in Bullis erectionis Officiorum, & Montium adeſſe pactum de redimendo, ſuper quo puto animadvertendum, in prædictis Bullis hoc expreſsè non legi, ſed tantùm hoc colligi ex ea parte, ubi Camera obligat bona ſua pro cautela & ſecuritate emptoris; & inter alias obligationes exprimitur ut in eventum revocationis, ſeu alterationis officij, ſeu extinctionis Montium teneatur ad reſtitutionem pretij; & ſic potius in illis ſupponitur extinctio facto Principis, ſeu alio modo, quàm diſponatur ut poſſint redimi, ex vulgari regula, quod verba, quæ ſupponunt, regulariter non diſponunt, l. *Ex facto, la prima, ff. de hæred. inſtit.* Clem. 1. *de præb.* Rota *deciſ. 23. de Proc. in antiq.* Præſertim quia hæc pretij reſtitutio eſt poſita ad favorem emptoris, & pro ejus cautione in eventum evictionis. Et ideò non debet in ejus odium retorqueri, ut ex eo, quod promittatur reſtitutio pretij in eventum evictionis, ſeu redemptionis, cenſeatur data facultas evincendi contra mentem contrahentium, l. *Non omnis, ff. ſi cert. pet.* l. *Quod favori, Cod. de leg.* c. *Quod ob gratiam, de reg. jur. lib. 6.*

Deveniendo ad primum dubium, videtur dicendum redemptionem fieri debere pro pretio, quo hujuſmodi officia, & loca Montium fuerunt ultimo loco vendita per Cameram, non autem pro pretio, de quo in prima erectione; quia cùm hujuſmodi officia, & loca Montium per obitum illa obtinentium, aut alio modo reverſa fuerint ad Cameram, & deinde revendita majori pretio, ſi primum tantùm pretium reſtitueretur, emptor eſſet in damno, quia non conſequeretur pretium à ſe ſolutum Cameræ Apoſtolicæ, & Camera locupletaretur cum alterius jactura,
11 quorum neutrum fieri debet; nam quòd emptor indemnis eſſe debeat, & ſic recuperare nedum primum, & principale pretium, ſed etiam hanc pretij acceſſionem, ſeu augmentum, probat tex. in leg. *Debet, ff. de ædil. edic.* ubi factâ redhibitione venditor tenetur reſtituere emptori non ſolùm pecuniam, quam dedit, ſed etiam ſi quid acceſſionis nomine ſolverit. Facit text. in leg. *in tantum, ff. de liberal. cauſ.* ubi is, qui ſe paſſus erat venundari, ſi in libertatem proclamet, tenetur non ſolùm pretium, ſed etiam quod pre-
12 tio acceſſit, reſtituere. Et ratio eſt, quia hujuſmodi acceſſio, ſeu augmentum pretij eſt ejuſdem naturæ, & eodem jure regitur cum primo. Cui additur, l. *Etiam,* & ibi Bald. *de jure dot.* Tiraquell. qui alios allegat, *de retract. Lignan. § 1. in gloſ. 18. num. 50. cum ſeq.* Quod autem Camera non debeat locupletari cum aliena jactura, probatur ex cap. *Locupletari, de regul. jur. lib. 6.* not. Innocent. & DD. in cap. *Quia*
13 *plerique, de immunit. Eccleſiarum.* Et quia Eccleſia tenetur in eo, in quo eſt facta locupletior, gloſ. & Bart. in Authent. *Qui res, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Abb. in cap. *Si quis Presbyterorum, in fin. de rebus Eccleſ. non alienand.* prout in ſimili videmus de pupillo, cui Eccleſia aſſimilatur, l. *Orphanotrophos, C. de Epiſc. & Cleric.* Qui ſi velit recuperare rem venditam abſque tutoris authoritate, tenetur reſtituere pretium etiam quatenus eſt factus locupletior, l. *fin. de Vſucapion.* l. 1. *ff. de author. tutor.* Dec. *conſil. 282. n. 4.* qui plura congerit.



Neque obſtat quòd emens ultimo loco à Camera pro majori pretio potuerit cogitare hujuſmodi officia, & Montes redimi poſſe pro pretio ſtatuto in Bulla erectionis: Et ideo imputet ſibi ſi majori pretio emit. Quia potius ſtantibus ſupradictis veriſimilius eſt eum cogitâſſe ſe recuperaturum à Camera pretium nedum in ipſa erectione, ſed etiam ultimo loco ſolutum d. l. *Debet,* & l. *In tantum.* Idque non obſtante pacto, de quo in Bulla erectionis: quia intelligitur rebus ſic ſtantibus; & ſic dummodo poſtea ad manus Cameræ non pervenerit majus pretium,
14 quàm fuerit in prima erectione ſtatutum: Semper enim in contractibus ſubintelligitur clauſula, *rebus ſic ſtantibus,* l. *Quæro, §. Inter locatorem, ff. de*
15 *locat.* l. *Cùm quis, in princip. ff. de ſolut.* Quod procedit in qualibet materia, & etiam in privilegijs, c. *Suggeſtum, de decim.* latè Jaſ. in l. *Quod ſervus, ff. de cond. ob cauſ.*

16 Et hæc facilius procederent, ſi in pacto de redimendo non eſſet expreſſum certum pretium, quia hoc caſu non intelligeretur de eodem pretio, ſed de juſto ac legitimo inſpecto tempore retrovenditionis, quia, ut inquit Bald. in l. 1. *col. penult. verſ. Idem nota, C. Communia, de legat.* pretium inſpicitur de tempore venditionis, non autem promiſſionis de vendendo. Et faciunt notata per Bart. in l. *Titius, la prima, n 4. ff. de action. empti,* videlicet pretium inſpici de tempore evictionis, non autem de tempore, quo fuit facta venditio. Et in terminis retrovenditionis ex pacto tradit gloſſ. in l. 1. *in ver. Non actus;* & ibi Salic. *n. 6. C. quan. lic. ab empt. diſcedere.* Anton. de Burgos in cap. *Ad noſtram, n. 45. de empt. & vendit.* Gozad. in leg. 2. *quæſt. 17. num. 131.* & Cagn. *n. 41. in 8. not.* & *in alia repet. n. 93. C. de pactis inter empt. & vendit.* Tiraquell. *de retract. conven. §. 1. gloſ. 3. n. 2.*

17 Quantùm ad ſecundam difficultatem, ceſſante pacto de redimendo, loca Montium non videntur poſſe per Cameram redimi, ſive verſe-
18 mur in privilegio, ſive in contractu: nam privilegium ſi ſit conceſſum ex cauſa oneroſa, & ſic mediante ſolutione magnæ quantitatis pecuniarum non poſſe per Principem revocari, tradit Bald: in leg: *Qui ſe Patris. n. 34. C. Vnde liber.* Alex: *conſ: ult: n. 18. lib: 4.* Socin. *conſ: 87. n. 12. lib: 3.* Gabr: *concl: 7. de jure quæſit: non tollen: n. 5.* Berous *hic nu. 16. & 17.* Quia cenſetur hoc caſu orta mutua obligatio ex conſenſu utriuſque partis, quæ alterâ invitâ, & renuente tolli non poteſt, Bart. in leg: *Quod ſemel, ff. de decret. ab Ordin: facien.* & in leg: *Omnes populi, in 3. quæſt:*
19 *principali de juſt: & jur.* Felin: in c. *Cùm olim, col: 3. de re judic.* Facit quod ſcripſit Rom: *conſil: 436. Quod indultum, n. 14. in fin: verſ: Septima principalis,* ubi ex facto conſuluit privilegia Auditoribus Rotæ conceſſa in remunerationem laborum, quos jugiter patiuntur pro Reipublicæ utilitate, eſſe irrevocabilia, quia tranſeunt in contractum. Cujus dictum ſequitur Rebuff: *ſuper concord: in præfat: ad rub: de collation: ante fin: verſ: Item quando privilegium.* Idemque generaliter de privilegijs conceſſis propter benemerita, reſpondit Oldrad: *conſil: 266. In Chriſti nomine, num: 7. verſ: Præterea.*

20 Contractum verò cum Principe initum etiam cum ſubditis eſſe irrevocabilem, probat textus hic Et eſt communis opinio, ut teſtatur Jaſ. *conſ: 1. in princip: lib: 1.* & patet ex dictis *ſupra in 2. notab.*

21 Quod præcipuè habet locum in Principe Eccleſiaſtico quia Eccleſia eſt cultrix Juſtitiæ, quæ quicquam, injuſtum non patitur in ſe, vel alium fieri, ut cap. 1. §. *Sed diverſum, de alienat: feud.* Ita Rom: *conſ: 352. Quæritur, n. 16. verſ: Et hoc maximè.* Et multò magis procedit in Summo Pontifice, ut dicit *hic* Bero: *n. 29.*

22 Quinimmò etiam Deus obligaretur ex promiſſione, ut verbis Baldi utar in leg. 1. *in princip: ff. de pact:* ubi Magiſtrum ſententiarum refert ita
23 dicentem. Quod adeo verum eſt, ut nec etiam de plenitudine poteſtatis poſſit Imperator, vel Papa contravenire contractui, ut idem Bald. not: in cap: 1. §. *Ad hoc, col: 5. ff. de pac: juram: firman.* Paul: de Caſtr: in leg: *Digna vox, C. de legibus,* Soc: *conſ: 86. nu. 14. lib: 4.* ubi allegat eundem Paulum de Caſtr: in leg: *fin: C. de tranſaction:* Dec: in cap: 1, *n. 20. de conſtit.* Unde Gemin: *conſ: 74. Attentis, in princip:* ait: (non obſtare ſi dicatur, Papa eſt Princeps habens ſupremam poteſtatem: ergo ſibi eſt poſſibile tale vitium tollere. cap: *Cuncta per mundum,* & cap: *Per Principalem, 9. q. 3.* cum ſimil. quia illud non procedit in contractibus, vel pactis geſtis per Principem etiam cum ſibi ſubjectis, quia talia per Principem ſunt ſervanda.) Hæc Gemin. ſubdens de hoc eſſe textum hic. Idem ex facto reſpondit latè Card: Zabarell. *conſ: 147. Dominus noſter Papa,* dicens: (Licèt Papa dicatur habere Summam poteſtatem in tantùm quòd contractum nullum validare poteſt, tamen procedit quatenus conſideratur Papa tanquam Summus Pontifex; ſed quando contrahit, tunc conſideratur tanquam privatus, & tenetur obſervare, allegat textum hic. Et infrà. Non ſubeſt ergo honeſtas ſi contravenire velit, cùm de jure non poſſit. Imo ſicut in privato contractus à principio eſt voluntatis, ex poſt facto eſt neceſſitatis, leg *Sicut, C. de action. & obligat.* Ita & in Principe à paritate rationis.) Hæc Card. qui latius ibi proſequitur, & loquitur de plenitudine poteſtatis, ut patet in Bulla Bonifacij ab eo relata in themate, quemadmodum etiam loquuntur in cap. 1. *de conſtit.* Abb. *n. 7. verſ: Et idem dicit,* & Dec. *n. 20. verſ: Et iſta limitatio.*

24 Et idem juris eſt in ſucceſſore: nam nec ipſe poteſt reſilire à contractu per prædeceſſorem inito, ut initio diximus de plenitudine poteſtatis, ut ſcripſit Paul. de Caſtr. in l. *Digna vox, C. de legib.* cum alijs allegatis per Gabriel. *concl. 5. de jure quæſ. non tollen. n. 18.* Nec audiendi ſunt, qui dicunt Principem id poſſe etiam ſine cauſa de poteſtatis plenitudine, ſed tamen graviter peccare, ut hic per Bero. *num. 22.* Quoniam ad peccatum non ſe extendit potentia Principis, imo nec potentia Dei. S. Thom. *in 1. part. q. 25. art. 3. ad 2.* latè Cardin. *conſ. 142. Punctus quæſtionis, n. 2. verſ. Sed his litteris non obſtantibus,* & ſcripſi plenius in cap. *Conſultationibus, nu. 46. 50. & 77. de Cler. ægrot.*

25 Propoſitæ autem aſſertionis multiplex ratio affertur à Doctoribus.

Primam ponit Anchar, *conſ. 2. Ut tactum eſt, n. 3.* quia nihil eſt quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe. Epiſt. *Inter claras, C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.* Unde dicit Bald. *conſ. 24. Ius Abbatialis dignitatis, nu. 1. lib. 2.* fides contractûs & à Papa, & à Cæſare ſervari debet, imò & Deus arctat ſeipſum ex lege promiſſionis; & non ſervare fidem contractûs eſt mentiri, l. *Dolus, ff. mandati.* Abominabile autem eſt mendacium, & ſtellionatus in ore Vicarij Jeſu Chriſti, & horribile; & ideo tenetur promiſſa ſervare.

Secundam rationem ex abſurdo adducit Cardin. *dict. conſ. 147. n. 91. verſ. Præterea hoc eſſet graviter,* Quia ex eo quòd Princeps deciperet illos, qui cum illo contraxerunt, ſcandalizarentur Catholici, quod Papa non intendit, cap. *Nihil, de præſcr.*

26 Tertia ratio, quæ ex præcedenti conſequitur, affertur à Baldo in l. *Princeps, in fin. ff. de legibus, & Rom. conſ. 352. Quæritur primò, n. 24.* Quia ſi eſſet in ſola Principis voluntate contractum, quem cum ſubdito facit, infringere, nullus veriſimiliter contraheret cum ipſo; & ſic hominum commercio careret in contrahendo: eſſet autem abſurdum, ut qui Princeps eſt omnium, careret commercio hominum. Et ſumitur hæc ratio ex textu ad propoſitum notabili in l. *Quod ſi*
27 *minor, §. Non ſemper, ff. de minor.* Inter majores enim pœnas revocatur inter homines eſſe, & hominum carere commercio, leg *Hi qui ad Sanctam,*
28 *C. de Apoſt.* Quæ ratio indicat hoc in favorem Principis introductum eſſe. Sed tamen ob utilitatem privatorum potius videtur principaliter conſtitutum, ne cum ipſorum jactura decipiantur. Et ideo omnes contractus, qui fiunt à Principe, habent naturam contractûs bonæ fidei, ut inquit Bald. in c. 1. § *Si quis verò, in princ. de pace Conſtan.*

29 Quartam rationem ponit idem Bald. *conſ. 327. Prædic. num. 4. lib. 1.* quia Princeps debet habere unum calamum, & unam linguam, & non plures linguas, quia ſcriptum eſt: *Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.* Et ideo debet eſſe immobilis ſicut lapis angularis, & ſicut polus in cœlo.

30 Quinta ratio eſt ejuſdem Baldi in l. *Ex imperfecto, ad fin. C. de teſtam.* & Decij *hic n. 3.* quia in contractibus æqualitas requiritur; & ideo Princeps jure communi utitur d. l. *Ex imperfecto.* Et quamvis Princeps lege poſitivâ ſit ſolutus, tamen ut formaliter inquit Bald. in l. *Si aquam, n. 45. verſ. Hoc facit ad propoſitum noſtrum, C. de ſervit. & aqua.* Lege poſitivâ Princeps obligatur à dictamine rationis; quia eſt animal rationale; ideo eâ non eſt Princeps ſolutus. Nulla enim authoritas neque Principis, neque Senatûs poteſt facere, quòd Princeps non ſit animal rationale mortale, nec eum abſolvere à dictamine rationis, l. 2. *ff. de uſufruct. ear. rer.*

31 Ultima & potiſſima ratio in hac materia eſt, quam adducit Card. *in d. conſ. 147. num. 7.* Abb. in d. cap. 1. *n. 7 de Conſtitut,* & Doctores communiter hic, quia Papa contrahendo obligatur jure naturali, à quo ſurgit æquitas obligationis, l. *prima, ff. de pact.* Quod autem habet ſubſiſtentiam, de jure naturali à Principe tolli non poteſt, l. *fin. C. Si contra jus, vel utilit. publ.* & not. Innocent. in cap. *Quæ in Eccleſiarum, de conſtitut.* Ad idem quod tradit Barbat in dict. cap. *primo, coll: 3.* & Dec. *num: 21. de conſtitut.* dum dicunt Principem obligari ex contractu rati ne conſenſûs, qui eſt de jure naturali, cui etiam Imperator, & Papa ſubjiciuntur. Clem. *Paſtoralis, de re judic.* Et in idem recidit quod ait Rolan. à Valle *conſ: 66. n. 4. lib: 2.* Contractus eſſe de jure gentium, quod eſt immutabile, & non poteſt tolli per Principes.



33 Nec applicatur quod in præjudicium ſucceſſoris non valeat conceſſio facta de Regularibus. Bald. *in tit: de pace Conſtitut: in ver: Amplius conſueverunt:* quia præter id, quòd non verſamur in Regalibus, quæ in ſignum dominij, & ratione juriſdictionis competunt, de quibus loquitur Bald. & alij, qui ipſum ſequuntur. Hæc concluſio non procedit in regalibus, quæ ſolita ſunt concedi per Principem. Claud. de Seiſel. *in tit: qui feud: dare poſſ: coll: 3.* præſertim ubi non inducitur notabilis diminutio Principatûs, ut poſt alios tradit Gabr. *d. concl: 5. n. 8.*

34 Neque obſtat ſi dicatur ſaltem ex juſta, & rationabili causâ reſpiciente publicam utilitatem princeps poteſt reſcindere contractum, Aym. *conſ: 5. num: 4.* Quia ex juſta cauſa poteſt dominium rerum auferre uni, & dare alteri, leg. *Benè à Zenone:* & ibi Bald. *C. de quadrienn. præſcript.* l. *Lucius, ff. de evict.* Innocent. in dict: cap: *Quia plerique, num: 5. de immunit: Eccleſ.* & in cap: *Debitores, de jurejur.* Unde ſicuti poteſt ex cauſa tollere jus quæſitum; ita & contractum reſcindere, quæ cauſa benè præſumitur in ſupremo principe. Ita Alex. *conſ. 1. num. 11. & 12. verſ. Venio ad ſecundum lib. 2.*

35 Id, inquam, non obſtat, quia intelligitur quando aliàs publica utilitas haberi non poſſet, niſi auferetur tertio jus quæſitum ex contractu, ut poſt Hoſtienſem, & alios declarat Gabriel *dict. concl. 2. n. 4. de jure quæſit: non tollen.* quod non verificatur hoc caſu, ubi agitur de privato intereſſe Ærarij ipſius Principis, & nulla adeſt cauſa, quæ Principem cogat ad redimenda loca Montium in præjudicium eorum, qui bona fide cum Principe contraxerunt. Unde aliud dicendum eſſet, ſi verè hujuſmodi ratio vigeret per ſupradicta. Quæ tamen correctioni ac judicio S.D.N. Papæ in omnibus, & per omnia ſubmitto.

# DE PROBATIONIBVS.

## *Cap. Sicut.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Conſuetudo non valet ultra probationem plenam exigens juramentum. & n. 8.*
2 *Intentionem ſuam fundare quis dicitur, quando plene probat id quod intendit, vel quando habet pro ſe juris aſſiſtentiam.*
3 *Teſtes & inſtrumenta eandem vim habent ad plenam probationem faciendam.*
4 *Probatio per ſcripturam in quibus caſibus requiratur.*
5 *Iuramentum ſuppletorium tunc demum eſt deferendum, cùm aliæ probationes deficiunt, dummodo tamen ſaltem ſemiplenè ſit probatam.*
6 *Et habito reſpectu ad legalitatem perſonæ, & quantitatem cauſæ. & n. ſeq.*
7 *Iuramentum in ſupplementum, ut deferri poſſet, quæ requiſita debeant concurrere, & in quibus caſibus non ſit deferendum.*
8 *Conſuetudo exigens juramentum ultra plenam probationem adverſatur juri naturali, ſcripto, & divino.*
9 *Conſuetudo invalidans plenam probationem, aut eam reſtringens non valet.*
10 *Pactum juratum de conficiendo inventario rerum reſtituendarum ſoluto matrimonio an impediat probationem per teſtes. & n. ſeq.*
11 *Pactum ut probatio rerum reſtituendarum ſoluto matrimonio aliter fieri non poſſit, quàm per inventarium, an firmetur juramento. & n. 16. & ſeq. uſq. in fin.*
12 *Inventarij conficiendi obligatio non impedit, quin rei veritas aliunde probari poſſit.*
13 *Scriptura ex eo quod de illa conficienda partes paciſcantur, non efficitur de ſubſtantia actus.*
14 *Probationum renuntiatio non præſumitur, niſi probetur.*
15 *Pactum & rerum traditio aliàs quàm per inventarium probari non poſſit eſt nullum. & n. 18.*
16 *Et an firmetur juramento. & n. 18. & n. ſeqq. uſq. in fin.*
19 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*
20 *Item contra bonos mores non eſt obligatorium.*
21 *Nec de re vetita ob publicam utilitatem.*
22 *Iuramentum contra publicam utilitatem ſecundario, non autem principaliter valet.*
23 *Pactum ut non liceat probare niſi per ſcripturam, eſt contra bonos mores.*
24 *Iudex officio poteſt recipere teſtes non obſtante partium juramento, quòd veritas aliter probari non poſſit, quàm per ſcripturam.*
25 *Iuramentum de teſtibus non inducendis non obſtat, quin produci poſſint exuberantia fidei, & authoritatis.*
26 *Probatio per quinque teſtes æquipollet probationi inſtrumentali.*
27 *Veriſimilitudo in probationibus præcipuè ſpectanda eſt.*

1 SICUT. Actor qui plenè probavit, non debet compelli jurare. Joan. Andr. Bald. & Anchar, Subaudi etiamſi hoc habeat conſuetudo, ut in textu Bellam. Cardin. & Aretin. Vel ſic, & formalius non valet conſuetudo ultra probationem plenam exigens juramenta. Hoc dicit: Butr. Abb. Aretin. & Decius. Addunt Abbas & Felin. ſine cauſa rationabili. Sed hoc non colligitur ex textu. Dividitur in duas partes. Prima narrat conſuetudinem, quam ſecundò improbat ibi, *nos cum.*

2 Nota primò ibi, *Intentionem ſuam fundaverit,* quòd aliquis dicitur intentionem ſuam fundare, cùm plenè probat id, quod intendit, ſecundùm Abb. *hic in 1. notab.* Aliàs dicitur quis fundare ſuam intentionem, quando habet pro ſe juris communis aſſiſtentiam, ut legitur & notatur in cap. *cùm perſona. de privileg. lib. 6.* & ſcripſi plenè in cap. *Nullus, à n. 27. infra de Paroch.*

3 Secundò nota ibi, *Inſtrumentis, aut teſtibus.* Eandem vim ad fundandam intentionem, & ple-

nam probationem faciendam obtinere teſtes, & inſtrumenta, cap. *Cùm Ioannes,* §. *Porrò infra de fid: inſtrument.* ibi eandem vim obtineant inſtrumentorum, fides, & depoſitiones teſtium, cap. *Tuæ, de Cleric: peregrin:* l. *In exercendis C. de fide inſtrum.* Hoſtienſ. *hic n. 1. in verb: Inſtrumentis, aut teſtibus* Fallit in caſibus, in quibus lex non confidit de teſtibus, & requirit ſcripturam quos enumerat gloſ. in cap. 1. *de cenſibus, lib: 6. in verb: In ſcriptis*, ad quem quotidie recurritur, Speculat. *in tit: de Inſtrum: edition:* §. *Reſtat, verſ. Sed ſi alij.* Alex. *conſ: 107. Videretur, à n. 3. lib: 7.* plenè Guidopap. *deciſ. 582. Reperitur inſtrumentum publicum, n. 3.* Et his adde Concil. Tridentin. *ſeſſ: 25. cap: 9.* ibi, authenticis ſcripturis probetur.

5 Tertiò nota ibi, *Cùm aliæ legitimæ probationes deeſſe noſcuntur.* Tunc demum eſſe recurrendum ad ſuffragium juramenti ſuppletorij, cùm aliæ legitimæ probationes deficiunt, ut *hic*, & in leg: *In bonæ fidei, C. de rebus credit.* & in leg: *Admonendi ff. de jurejurand:* cum concordantib. de quibus hic in gloſ: 1. dummodo tamen ſaltem ſemiplenè ſit probatum; aliàs enim non defertur hoc juramentum in ſupplementum, cap: *Ex inſinuatione:* & ibi gloſ: *in ver: Clerici, de Procurator.* Et hic notant Innocent: *in fin.* Hoſtienſ: *n. 2. in fin: verſ: Tertiò,* ubi ſemiplenè probatum eſt, & *num: 3.* Joan. Andr. *n. 3. eodem verſ.* Bellam: *nu: 8.* & reliqui omnes, Bald: in dict: leg: *Admonendi, n. 57.* Et ibi etiam Jaſon *in prima lectura, n. 75. & n. 118. & in reper: n. 259.* ubi etiam actor nihil probat, abſolvendus eſt reus, l. *fin: C. de rei vendicat.* etiam ſi nihil præſtiterit, cap. *unico*, §. *1. in princip: infra, ut Eccleſiaſtic: benefic.* Si actor plenè probat, reus condemnandus eſt, cap: *Ex litteris, verſ: Quibus etiam, in fin.* & cap. *In præſentia infrà* eodem cap. *Gravis,* & cap. *Accepta, de reſtitut: ſpoliat.* Reſtat igitur, ut tunc ſolùm ſit recurrendum ad medium ſubſidiarum juramenti, cùm ſemiplenè probatum eſt, ut hic, & in dicto cap. *Ex inſinuatione*, & cap. *fin: ſuprà quod metus cauſa*, ſecundùm Hoſtienſem, & reliquos poſt eum; habito tamen reſpectu ad qualitatem per-
6 ſonarum, & quantitatem cauſæ, l. *Si quando, C. Vnde vi,* cap: *ultim: de jurejur.* l. *Legitimos, ff. de legitim: tutor.* gloſ. *hic in fin.* Ad hoc enim, ut tale juramentum deferatur, debent concurrere legalitas perſonæ, parvitas cauſæ, ſeu præjudicij, & aliæ qualitates, quas latè enumerant Cyn. in dict: l. *In bonæ fidei, C. de reb: credit.* Joan. Andr. & Canoniſtæ in d. cap. *ultim.* Socin. Sen. *conſil: 136. Præſtantiſſimè Doctor, à n. 5. lib: 1.* Et quinque requiſita recenſet Menoch. *de arbitr. iudic: caſ: 190. per tot.* & viginti ſeptem caſus, in quibus non eſt locus delationi hujus juramenti ſuppletorij cumulat Seraphin. *de privileg: juramen. privileg. 33.* & Moderni Collect. *hic à n: 17. uſq. in finem.*

8 Ultimò nota ibi: *talem conſuetudinem reprobamus*, non valere conſuetudinem, ſecundùm quam actor, qui intentionem ſuam plenè probavit, nihilominus compellitur præſtare juramentum, eoque renuente illud ſubire, ejus probationibus fides non adhibetur, ut hic eſt caſus ad litteram ſecundùm omnes. Ratio eſt multiplex ſecundùm Doctores. Prima eſt, quia eſt contra naturalem rationem, quæ non admittit ſuperflua.

Secunda ratio, quia eſt contra ordinem judiciorum, & adverſatur juri ſcripto, cap. 1. *de conſuetudin.* l. 2. *Quæ ſit longa conſuetudo*, cap. 1. & cap. *Conſuetudinis, 11. diſtinct.* cum concordant. de quibus hic in gloſ. 2. ad hoc cap. 2. *de Capell. Monach. lib. 6.* Tertia ratio eſt, quia ex quo à principio ſemel juratum eſt de calumnia, ſeu de veritate dicenda, ſaltem in cauſa civili, non fuit amplius curandum, ut in Authent. *hoc Sacramentum, C. de juram. calumn.* & §. 2. in Authent. *De his qui ingrediun. ad appellat.* & hanc rationem ponit hic Bernard. in gloſ. 2. ſed eam meritò impugnant Bellam. *n. 2. in fin. verſ: Aliam rationem,* & fuſiùs Dec. *n. 2. & 3.* Quarta ratio eſt, quia cùm auctor plenè probaverit intentionem ſuam inſtrumentis, aut teſtibus, juramentum eſt ſuperfluum, & temerarium; unde conſuetudo, quæ cogit eum temerè, & ſine cauſa jurare, eſt peccati nutritiva, & contra jus divinum, cap. *Etſi Chriſtus, de jurejurando*; & ideo valet cap. *fin. de conſuetud.* Ad hoc bonus textus in caſu converſo in cap. *Ad noſtram infrà eodem*, & has rationes exceptâ tertiâ adducunt hic Abb. Antiq. in verb. *Conſuetudinem*, Hoſtienſ. *n. 4. circa finem, in ver. Reprobamus,* Joan. Andr. *eodem n.* Collect. *in princip.* Bald. *n. 2.* Bellam. *eodem n.* & reliqui omnes. Et pondera, quia cùm textus dicat, *reprobamus*, ex hoc infertur, ut talis conſuetudo non valeat, etiam ſi ſit ſupra hominum memoriam, quia ubi Canon non ſimpliciter derogat conſuetudini, ſed eam damnat, & reprobat, tunc cenſetur ſublata etiam immemorabilis, ut poſt Felin. in cap. *Cùm ex officij, n. 13. de præſcript.* Aretin. in l. *Cùm ſtipulatus ſim, à Procuio, col. 3. ff. de verb. Obligat.* & alios plures declarat Covarr. *var: reſol: lib: 3. cap: 13. n. 5. verſ: Adnotandum tamen erit.* Quanquam enim immemorabilis habeat vim tituli, ſeu privilegij, ut l. *Hoc jure, §. Ductus Aquæ, ff. De aqua quotidian: & æſtiva,* hoc tamen fallit quando eſt à jure reprobata, ut notat Philipp. Franc. in c. 1. *in 2. notab. verſ. in contradit.* Hoſtienſ. *de conſuet: lib: 6.* Put. *deciſ. 466. n. 4. lib: 2.* & Felin. *loco citato.* Item cùm hæc conſuetudo ſit contra jus naturale, & divinum, ut dictum eſt, nullo unquam tempore poteſt præſcribi, cap. *Flagitia, 30. q. 7.* dicto cap. *fin.* cum ibi notat. *de conſuetud.* & adde quod in propoſito ſcripſi latiſſimè in cap. *Cùm eſſes, à n. 113. infra de teſtam.*

9 Quemadmodum autem non valet conſuetudo, quæ invalidat plenam probationem, vel plenæ probationi aliquid detrahit, aut eam reſtringit, ut dicunt Doctores ſecundùm Anton. de Butr. *hic in 1. notab. n. 2.* & Aretin. *n. 5.* per text. in d. c. *Ad noſtram, infra eod;* ubi talis conſuetudo appellatur peſtis contraria omni juri: Ita nec valet pactum, quo quis probationibus renuntiat, vel eas reſtringit ad certam ſpeciem, ut per eundem Butr. *num: 8.* Tu verò an hujuſmodi pactum ſit validum, & an firmetur juramento, dic pleniùs ut in quæſtione ſequenti.

10 QUÆRO, an pactum juratum, ut de auro, argento, & margaritis à viro uxori donatis, ac ſoluto matrimonio reſtituendis inventarium conficiatur, obſtet quominus res ejuſmodi per teſtes probari poſſint.

11 An ve pactum, ut rerum reſtituendarum probatio aliter, quàm inventarium fieri non va-



12 valeat, roboretur juramento. Matrimoniales pactiones initæ inter Sereniſſimum Ducem, & ejus uxorem nullam continent renunciationem probationis teſtium, nec certam probandi formulam præſcribunt, ſed eis dumtaxat cavetur, ut rerum ſoluto matrimonio reſtituendarum inventarium conficiatur. Fruſtra igitur in hac cauſa attinguntur quæſtiones, an liceat probationibus renunciare, an ve obſervanda ſit obligatio, qua quis ſe ad certum probandi modum alligavit. Nam cum ſolam habeamus conventionem de inventario conficiendo, etſi partes compelli potuerint ad illius confectionem, non tamen ex eo quod conficere prætermiſerint, perimitur ſubſtantia obligationis, aut impediuntur contrahentes aliunde, quàm inventario rei veritatem legitimè probare: ex notat, per Salicet: in l.
13 *Contractus, col. 2. C. de fide Inſtrument.* ubi vult, ut ſi res nullo jure ſcripturam requirat, partes de ea conficienda paciſcentes videantur proſpexiſſe probationibus, non contractui, cujus ſubſtantia à Scriptura non pendet. Decius, qui Scalicet. refert, & ſequitur *in rubrica de conſuetudin. n. 6. & 7.* Paul. de Caſtro *conſ. 52. Tria ſunt, n. 1. & 2. in 2. vol.* Aretin. *conſil. 159. in 1. dub. n. 8. cum ſeqq.* Dec. ex communi *in conſil. 240. n. 3.* Decian. *conſil. 64. n. 26. vol. 3.* Hæc igitur quæ ad probandam hujuſmodi pacti validitatẽ congeſta ſunt tunc aliquid ponderis habere poſſent quando probationibus teſtium eſſet renunciatum, aut conventum, ut alio modo, quàm per inventarium rerum donandarum traditio probari non poſſet. Quæ re-
14 nunciatio cùm in contractu matrimoniali non legatur, noſtrum non eſt eam ſubintelligere, niſi probetur, Bald. in l. 1. *n. 2. C. de edict. Div. Adrian. toll.* Decius in l. 1. *in ultim lectura n. 58. C. Qui admitti.* Neque ad rem pertinet, quod partes de confectione inventarii agentes, uſæ ſint verbis inducentibus neceſſitatem, ibi: *Se n'habbiano da far inventarii.* Ea enim neceſſitas reſpicit ſolam confectionem inventarii, & non probandi modum, de quo partes nihil prorſus convenerunt, quemadmodum expreſſiſſent ſi voluiſſent, ad l.
15 *unicam, §. Sin autem ad deficientes, C. de caduc. toll.* Verum eſto partes conveniſſent, ut ſolo inventario, non autem teſtibus rerum traditio probari poſſet, ex abundanti dicimus id pactum irritum, & nullum uno ore paſſim à Doctoribus pronunciari, Specul. *in tit. de Probationib. §. Videndum reſtat, n. 4.* poſt Hugon. & Azzon. gloſ. in §. *Præterea, in verb. Senatus,* Auth. *ut ſin. probib. matrim.* Hoſt. *in Summa de renunciat. §. Quæ poſſunt, col. penult. verſ. Quid de pacto,* Roman. in l. *Tale pactum, in fine, ff. de pactis,* ubi Ang. & Caſtr. *n. 5.* Butr. Imol. & Abbas in cap. *Si diligenti, de foro competen.* Bart. in authen. *Iubemus,* ubi Angel. & Caſtr. *n. 3. C. de Iudic.* Imol. & Aretin. *hic* Jaſ. d. Auth. *Iubemus, n. 5.* ubi Jacob. de Beluiſo, & Angel. in hanc ſententiam adducit Roman. *ſing. 204.* Cæpol. qui alios citat *conſ. 251.* Marſil. *in rubr. de probat. n. 33.* Imol. ex communi in dicto cap. *Si diligenti, de foro compet.*

16 Neque obſtat quod hujuſmodi pactum firmatum fuerit à juramento, quod partes præſtiterunt ex Fulgoſ. *conſil. 208.* Alexan. Imol. & Seraphin.

Primò enim reſpondetur hanc limitationem minus eſſe attendendam cum adverſetur receptiſſimæ Doctorum opinioni ſuperius citatorum quorum aut nullus, aut certe pauciſſimi hanc limitationem annectunt. Alex. *conſil. 102. vol. 5.* in meo Codice eſt prætermiſſum, eo quod repetitum eſſet *conſ. 22. vol. 1.* quo loco de hujuſmodi pacto nullum verbum. Seraphin. autem *de privileg. jurament. privileg. 140.* in hac opinione vacillat, & cogitandum relinquit.

17 Quin etiam Seraphinus agnoſcit hujus limitationis difficultatem, quam ſatis diluere nunquam viſus eſt, & ex qua deſumere nobis licet aliam reſponſionem, nempe hujuſmodi limitationem ex diametro pugnare cum communi opinione Doctorum negantium id pactum eſſe validum. Multiplices enim rationes in idem tendentes reddunt, videlicet quod hujuſmodi pactum ſit à bonis moribus alienum, indicatque iniquitatem, ut quis cum aliena jactura debeat locupletari, l. 4. *de condict. indebit.* quod anguſtet probandi facultatem, l. *Quoniam, C. de hæretic.* Quod ſit contra jus publicum, quo uſus teſtium tanquam neceſſarius laudatur, & recipitur l. 1. *ff. de teſtib.* Id autem publicum jus privatorum pactionibus nequeat immutari, l. *Ius publicum, ff. de pactis.* Quibus de cauſis non temere Hoſtienſ. aſſeruit in loco ſuperius citato id pactum eſſe contra legem, & communem utilitatem, & mortale peccatum inducere.

18 Quæ planè rationes ubique in hac materia à Doctoribus inculcatæ hujus pacti vires uſque adeo proſternunt, ut nec etiam juramento confirmetur, non ſolum ſi omnes ſimul, ſed etiam
19 quamlibet ſingillatim perpendamus: nam ſi id pactum eſt iniquum, illis vires non adjicit juramentum, quod non debet eſſe vinculum iniquitatis, cap. *Quanto, de jurejur.* & à veritate, judicio, & juſtitia disjungi non debet, cap. *Animadverten-*
20 *dum, 22. quæſt. 2.* Si autem quod plerique aſſeruerunt, inter quos Specul. poſt alios in *tit. de probat. §. fin. n. 6. in fin.* non congruit cum bonis moribus,
21 non eſt utique obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum, cap. *Non eſt obligatorium, de regul. jur. lib. 6.* Quod ſi lædit publicam utilitatem, quod omnes fatentur, ob id quoque non dubii juris eſt non valere juramentum præſtitum de re vetita ex cauſa publicæ utilitatis, cap. *Si diligenti, de foro compet. cum ſimil.*

22 Neque obſtat quod in hac prohibitione cenſetur publica utilitas ſecundario, non autem principaliter, ideoque juramento contractus confirmetur, ut per Bar. in l. *Si quis pro eo, n. 7. & 8. ff. de fidejuſſ.* Nam præterquam quod hæc ſola ratio publicæ utilitatis non affertur à Doctoribus, ſed aliæ etiam ſupra relatæ, quæ ſufficiunt, ut contractus non poſſit juramento validari, jure etiam affirmari poteſt in uſu teſtium verſari publicam utilitatem principaliter, non ſecundariò, cum Reipublicæ principaliter interſit rei veritatem patere, ne quis defectu probationum, quod ſibi debetur, amittat, idque alius apud ſe per dolum retineat, ſed jus ſuum unuſquiſque conſequatur, quod eſt præcipuum juris præceptum, ad l. *Iuris præcepta, ff. de juſtit. & jur.* cum ſimilib. conſtat. igitur opinionem Doctorum de hujus pacti nullitate ex vi rationum, quas adducant, includere etiam caſum interpoſiti juramenti, & ex conſequenti limitationem prædictam nec veram eſſe, nec receptam.

Ac-